De vi eloquentie dat per notarium universitatis

680

De Vi eloquentiae datum per Notarium Universitatis.

N. Inv. 680

Rękopis i jego oprawę wyrestaurował introligator Jan Wyżga w r. 1937. Sklejono przednią deskę, tylną uzupełniono. Dano nowy grzbiet na wzór starego (który był jednak ze skóry baraniej) oraz nowe karty ochronne.-

IV

De ui eloquentie.

ut ait ysidorus

Rhetorica est bene dicendi scientia in ciuilibus questionibus ad persuadendum
iusta et bona. Eloquentia est disciplina ad persuadendum quecunque idonea.
Officium uero oratoris diligencia conspicere excogitatas. clare ratione
reperire. distincte et ordinate disponere. ornate et suauiter eloqui.
firmiter et perpetue memorie mandare. grauiter et venuste pronunciare. Tan-
tam enim uim esse dicendi ut possit tenere hominum mentes. allicere uoluntates.
impellere quo uelit deducere. Valet ad animum uel ad odium aut dolorem
gaudium uel ab hisdem perturbationibus ad lenitatem mansuetudinemque reuocare.
Et non ante inuenitur si etiam accedente ut imperator fortis ac bonus
esse possit. homines etiam bestiarum more vagantes et ubi uiuentes a con-
suetudine vetusta subito quiete et ad alias uarias uias inducere
uitas. Nihil est tam mirabile quod non dicendo fiat probabile. nichil
tam horridum quod non splendescit oratione et tanquam excolatur. Valerius
Nobis sermonis in constantia animum credimus. Est in bellis in sub
dubio eloquentia oportunum nihil potest. Nam si uirtute bella finguntur et eloquentia
bella finiuntur. Est eloquentia quasi patria sapientie perimens
et mentes hominum attonitas et ad unanima deducit. Hec est illa
cithara orphei que sua modulatione dulcedine non tantum homines sed et
bestias allicit et mitigat demulcet quod impetus fluminum cohibet dimit-
tit. Nec tantum hoc sed etiam siluas mouet. Flumina stare facit. lapides
pretereuntes in medio sistit. placat monstra infernalia et subire atque
cogit etc. Studendum est eloquentie ne mali malo detrimento bo-
norum et communi omnium pernicie plurimum possint. cum presertim hoc omni sit
quod ad omnes res et priuatas et publicas maxime pertineat. Hac in-
ita tuta. honesta. illustris. commoda fit uita est. hinc ad rempublicam
plurima commoda ueniunt si moderatrix omnium rerum presto est sapientia. hinc ad
ipsos qui eam adepti sunt laus. honos. dignitas confluit. hinc amicis
quoque eorum certissimum et tutissimum presidium comparatur. Dum ambigua
a ueris fatum dirimunt. lapsa erigunt. fatigata reparant. non minus
prodest humano generi quam si physici et uulneribus periculum pariterque sal-
uarent. Cum per artem rhetoricam et uera suadeantur et falsa.
quis audeat dicere aduersus mendacium in defensoribus suis inermem
debere consistere ueritatem. ut uidelicet illi qui res falsas persuadere conantur
nouerint auditorem uel beniuolum uel intentum uel docilem
proemio facere. isti autem non nouerint. Illi falsa breuiter aperte uerisimiliter
et isti uera sic narrent ut audire tedeat. intelligere non pateat. credere
postremo non libeat. Illi fallacibus argumentis ueritatem oppugnent
asserant falsitatem. isti nec uera defendere nec falsa ualeant refutare.
Illi animos audientium in errorem mouentes impellentesque dicendo ter-
reant. contristent. exhilarent. exhortentur ardenter. isti pro ueritate lenti
frigidique dormitent. Quis ita desipiat ut hoc sapiat. Cum ergo sit
in medio posita facultas eloquii que ad suadendum seu praua seu re-
cta ualet plurimum. cur non bonorum studio comparatur ut militet ueritati.
si eam mali ad obtinendas peruersas uanasque causas in usus iniquitatis
et erroris usurpant. Verum sicut imperitis dicendi sapientia parum prodest ciui-
tatibus. ita est sicut gladius in manu paruuli qui non potest gladium capere.

Quid enim dignius doctor ecclesiasticus seu doctor sanctorum aut doctor al-
lum efficiet. qui nulla eloquendi arte fulcitur. nec nouit docere ut in-
struat. nec delectare ut teneat. nec flectere ut uincat. Multorum quidem
eloquentia prestat et ornamentis maxime eloquentie. Cum suauis
autem et miro decore delectabilis sit uirtus eloquentie. et quantum afficiat
legentes atque intelligentes. satis dici non potest. nec opus est cuique dicere
si ipse non sentit. Alanus

Nunc tonat illa minis. nunc libere
lere cohortent. Nunc punit illa preces. nunc laudibus implicat aures. De-
libera uelle. uestra iudicem. affirmat rem. demonstrat honestum. Tul.

Marginalia: [illegible] (left, beside initial) — Seneca — Tul. — Aug. — Je. — Ysid. Et mediocrem et copiosam eloquentiam siue mediocrem in his quibus nec [illegible] estimatur ut uos attestatur. Tullius — Valerius — Victorinus — [illegible] — Matheus

¶ Jo.
... aliud est totius
eloquentie apud priscos
mores. quam sinistris-
sima prima ... inju-
stitie. legum lesio.
personarum oppressio. et
totius reipublice tempes-
tas et eversio.
Finis

. de suppellectile rhe-
torice partitionis.
¶ Tul. ...

iter sola copia dicendi impudentia sapientia. nimium obest plerumque. ...
iniquum. et esse gladium in manum furentis. quanti de se ingenio et
aliquis inflati eos preduceret. adepti copiam dicendi. omissa sapientia.
perire urbes. vitas hominum labefactare. et maxima naufragia in re-
rei publice afficerent. ¶ ¶ Sed hi facultatis in desuetudine abiit.
ut in inertis et inimicabilibus rebus constant. Ut oratores ipsos et viribus ...
res se finit. Inde fuerit qui dicent oratoris ipsi de causa re
copiose ornateque posse dicere. quamvis ea summa velit angustissima
sit virtute. ¶ Multo labore. assiduo studio. varia exercitatione. plu-
rimis exercitationibus. altissima prudentia. prudentissimo consilio constat ars dice-
ndi. Persuadet autem experientia rerum et auctoritatis et eruditionis dice-
ntis. postremo etiam asperius ipse sine victore. ¶ Magna et ardua res e-
tiam. eloquentia nec adhuc ulli sit indulsit. ut totam contingeret. satis
felix est qui in aliqua eius partem receptus est. ¶ Docere
... hinc facultatis est. omnem eiusdem res posita ad dicendum. ...
[M]ateria ... ¶ ¶ Questionum genera. i. causarum tria sunt. quas tres spe-
cies rhetorice seu tria genera orationis rhetorice. Unum iudiciale. quod in iudicio
civili positum duo agit. aut accusat aut petit. contra aut defendit a-
ut negat. Aliud deliberativum. in quo de generibus et utilitatibus vite aut
debeat aut non debeat fieri tractat. i. cuiusque cause consultationem habet sua-
sionis et dissuasionis. de faciendo et non faciendo. in consilio dando suasione di-
cenda. Tertium demonstrativum. i. cuiusque versatur in laude et vituperatione.
quod cum latum genus esse per se cumque varium vim ... de legum ...
laudandum claros viros suscepimus et ad improbos vituperandos. Verum
cum nullum est orationis genus quod aut uberius ad dicendum aut utilius ci-
vitatibus esse possit. aut in quo magis orator in cognitione virtutum in
corpore versetur. ¶ Deinde in omnibus hiis causis tres sunt generis
constitutiones vel constitutionis i. partes cause. Prima coniecturalis. que
de facto est controversia. quia reus negat se fecisse quod obiicitur. et quibus
de coniecturis vel suspicionibus verius indigentur. ¶ Secundus defini-
tivum. cum vis vocabuli verbis definienda est. Tertia iuridicialis.
aut generalis qualitas. cum et factum constat et nomen. i.
sit appellatio. sed quale sit factum volunt in dubium. i. iure an iniuria factum
sit queritur. ¶ Omne ergo quod in controversiam venit. id aut sit necne
sit. aut quid sit. aut quale sit queritur. In primo coniectura valet. i. suspi-
cionis conflatio. in altero definitio. in tercio ratio. i. iuris vel iniurie de-
monstratio. ¶ Iuridicialis constitutionis partes due sunt. Una absoluta
cum factum ipsum iuste assumus. cum in ipso facto vis defensionis inest. Altera
assumptiva. cum non factum iustum. sed cum factum iustum esse contendimus. cum
per se defensio infirma est. sed assumpta extranea re comprobatur. ¶ Primo
ergo est innocentis hominis ut dicat non fecisse. deinde fecisse. sed non sic voluit.
tercio fecisse et sic voluisse. sed iure fecisse. deinde hoc ipsum iure fecisse. quia licuit
sibi debebit. unde hec est qualitas absoluta. aut si non licuit debe-
bit e contrario assumere aliud quod id probet quod iuste factum videtur.
¶ Eius assumptive modi quatuor sunt. Unum comparatio. ¶ cum per melioris
utilioreve re factum quod adversarius arguunt commissum esse defenditur.
ut fecit sed pro sui plus profuit quam obfuit. ¶ Alter relatio criminis. cum iuste

... recte nostri cum iniusti sit.
... tacitis cum iniusti sit.
... cum quid non nomen
... sed qualitas
queritur ... quali-
tas appellata est.

... namque
¶ ... auctoritas
¶ ... Seneca
¶ vel collatio vel comparatio

Quae incidunt constitutionibus in duas partes distribuuntur, absolutam et assumptivam. In absoluta qualitate causa ex re ipsa iuvatur [illegible]
In assumptiva non pertinet et [illegible]. Assumptiva quattuor partes habet. Comparatio est qualitas quae
[illegible] cum id quod intenditur … tamen non [illegible] aliud quod gerit fecisse dicimus. Rela-
tio criminis cum id factum dicimus quia alius ante iniuria lacessivit. Si verum factum iniuste fecisse videamur.
Remotio criminis vel translatio cum reus id quod ei intenditur a se removet et in alium transfert. Atque id duobus modis
fit, si vel causa aut crimen aut factum transfert, sed ut id fecit dicit alium coegisse. Concessio crimis
si hoc … defendit. Si ut hoc fecit non per se sed … ab alio compulsus. Cum … quo
se defendit … fecit … Partes [illegible] concessio duas partes habet purgationem
et deprecationem. … [illegible]

Aliquis factum commissum esse contenditur quam ex ratione sepe fiunt. Atque id quod
intenditur parti incepit. Ut feci quidem sed ut hoc facerem … fecit.
Id est feci sed invitus. Tertium translatio criminis. Cum in alium fit causa in
alios peccatum transfert. Ut feci sed alter me compulit, ut facerem ab alio
compulsus sum. Quarta concessio criminis cum nulla affertur facti defensio
sed venia postulatur. Atque hoc duobus modis fit aut purgando aut sub-
iciendo … aut deprecando cum … fatebimur
nos peccasse … aut fortunam aut natura … aut …
[illegible] … postulabimus. Sed hoc aut apud imperatorem
aut apud … in iudicio … talis …
… Deinde [illegible] … postulat …

Deinde constitutionibus istis incidunt controversiae quae in scripto versantur et sunt
quinque. Scriptum et voluntas cum hic scriptoris verba defendit, ille
sententiam. Leges contrariae cum inter se leges quaedam contrarie dissentiunt.
Ambiguitas cum scriptum de quo contenditur sententiam claudit ambigua.
Ratiocinatio cum ex eo quod scriptum est aliud quod non scriptum intelligitur. Defini-
tio legalis cum de vi … quod scriptum est quaeritur. Maior pars con-
troversia de translatione ut actio transfertur … aut ab alio …
… apud alios … non …
… hac lege … hoc tempore … non
hac pena … Partes rhetoricae quinque sunt. Inventio
est ad negotium fidelium rerum verarum aut verisimilium excogitatio. Dispositio
est ut certa bona utriusque ordine disponamus. Elocutio
est ut … singularibus … sit in pluribus …
est ut … sine … ut competentur inventionum dispositorum appli-
catione. Memoria est ut cum inventas res et … argumenta
vel … firmiter teneamus. Pronuntiatio est corporis et
vocis dignitate … corporis modus. Id est ut rem magnam
… corporis motibus … Ut …
hoc … Hoc fiunt … et …
… et … varietate vocum mo-
tu corporis vultusque plurimum valebunt. Si cum … con-
venit et … varietatem consequitur. Omnis in-
ventio quinque locis constat. Debemus enim primo considerare quae sit constitutio.
Id est inventio et … vel depulsio … aut …
Deinde … si … de … vel de pluribus.
ut de facto … omissione … de … in …
… potissimum sit quaeritur. Tertio in utraque …
… sit controversia. Id est in argumentatione … in auctoritate legis
aut alicuius scripti. Quarto quae causae … quae … quod …
quod firmamentum. Quaestio est quae … ex constitutione ut …
… Ratio est quae continet defensionem et facit controversia-
… ut … illa … volunt …
… hoc … Iure feci illa …
… non hic defensionem … sublata … contro-
… sublata est. Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris.

Dispositio. Elocutio.
Memoria. Pronuntiatio.
Inventio

Quot locis oratio inventio consideranda est in quattuor partibus orationis ordinatis

ut si velit heres dicere eum sive cum iuris sui fuisse in preterito sim.
inscriptum scriptores in regnum in summa gentis et familie. ut ab eo pe
mus liberi sui potissimum petere debuerunt. Infirmatio rationis est quasi
tur cum vero defensionis ab accusatore. ut etiam si te clodius
voluit occidere tamen tu non iure occidisti. Etiam si illa prius tum oc
cidit. non tamen ante occidi necesse indemnatum penam pendere oportu
it. Iudicatio est iudicium quod oritur ex iure defensionis et confir
mationis accusationis. i. ex infirmatione et confirmatione rationis. ut utrum
clodius milonem voluit occidere. iuste nunc a milone occisus esse vi
deatur. Firmamentum ne fuit ab horeste matrem occidi. cum illa horestis
patrem occidisset. Vero in coniecturali constitutione. quia ratio non est. sim
enim non queritur. necesse est eandem esse questionem et iudicationem. fe
cisti. non feci. fecisti ergo. Quot autem in causa constitutiones aut capita p
tes erunt. tot necesse erit inveniri questiones. rationes. iudicationes. firmamen
ta. Quibus ut hec omnibus in causa repertis omnes cause partes nobis
cum [illegible] ut suscepto negocio per rectum ordinem ea que dicenda sint
diligenter inspiciamus. Sed cum pervenimus tum demum ubi ordi
nande sint partes orationis. Partes orationis sex sunt a
quibusdam. Exordium auditoris animum parat. ut attente ut in
telligat. ut attente audiamur. Narratio res gestas explicat.
i. negotia civilia et historias. aut ut gestas. i. comedias. fabulas
et themata que in adiutorio dicuntur. Partitio est totius cause p
partes constitutio. cum ostendimus quod adversarii consentiantur. que in
contentione relinquuntur. et quibus de rebus dicturi sumus. Argumentatio fide
assertionibus facit. cum primum nostra probamus. deinde adversa redarguimus.
Conclusio est peroratio. continet autem auditoris impulsum quem desiderium.
cum enumerando que dicta sunt fidem et motum facimus. et augendo per
enim vel incommodi animos ad iram vel ad misericordiam commovemus.
Hermagoras autem sextam partem orationis digressionem ponit. i. orationem
que preter controversiam cause aut laus aut vituperatio aut adversarii vituperatio
coniungitur. aut que ad aliam rem transitum faciat. non per argumentationem
sed per amplificationem. Hanc tullius non partem orationis vult esse. sed in
omnibus orationis partibus insertam ac sibi posse declarat. ut eius locus pro
rem aliquam probatam aut amplificationem aliquam sibi vindicat aut
laudem aut vituperationem. Ex amplificatio igitur hic primum locum sepe
etiam primum. postremum sepe sibi i. perorando. tum reliquis in cursu ora
tionis adhibenda est. maxime cum aliquid aut confirmatum est aut reprehensum. Ita
quod ad fidem quorum vel plurimum valet. Est enim amplificatio vehemens quedam
argumentatio ut illa dicendi causa sit. hic commovendi. Tullius vic.

Exordium in duo dividitur. in principium et insinuationem.
In principio aperte et per minus auditores nobis aut attentos
aut dociles aut benivolos comparamus. In insinuatione vero
occulte et quibusdam circuitibus. i. per dissimulationem.
Vero he tres utilitates tamen et si in tota oratione sunt comparan
de. hec est ut auditores sese perpetuo nobis attentos. dociles. benivo
los prebeant. tamen id per exordium cause maxime comparandum est. Tamen
autem optime exordiri poterimus. si causam genus cognoscamus.

ut exordii auditores sese perpe
tuo nobis. attentos.
dociles. benivolos
prebeant.

Rec. Insunt autem in singulis constitutionibus et rhetoricae speciebus. rhetoricae partes i. inventio
dispositio. elocutio. memoria. pronuntiatio. in iudiciali negocio et in deliberativo et in
demonstrativo queruntur. Sicut exordium in initio et cetere partes orationis in constitutioni
bus imitande erunt. In exordiis ergo non quinque sunt supra dicte rhetorice partes
ut inveniat. disponat. eloquatur. meminerit. pronuntiet. nichil agit orator.
Sed hec quinque et reliquis sex partes orationis. nisi habeant omnes rhetorice partes frustra sunt.

Exordium. narratio.
partitio. argumentatio.
conclusio. [illegible]
ergo [illegible] confirmatio
et reprehensio [illegible]
sive per [illegible]
[illegible]
confirmatio. confutatio.

honestum. admirabile. humile. anceps. obscurum
cause genera sunt

Causa vero genus est .1. honestum. cum statim sine oratione nostra favet auditoris animus. Admirabile, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt. cum id defenditur quod ob magnitudinem criminis defendi nullus posse credebat. Tunc hic iudices benivoli faciendi sunt. Humile. quod negligitur ab auditore et non magnopere attendendum videtur, si de re abiecta sit questio. In hoc genere attenti auditores faciendi sunt. Anceps. in quo iudicatio dubia est aut causa et honestatis et turpitudinis particeps, ut in nostro themate quod non una ratio est. iudicatio quod sit dubia. Occidisti matrem. occidi; nam illa prius meum occidit. Etiam si prius occidit, non iure a filio occisa est. Iudicatio. cum illa prius occidit, iuste a filio occisa videatur. Deinde pars et haec est ratio. iure occidi, nam ut id facerem Apollo iussit. Infirmatio rationis. etiam si id Apollo iussit, non iuste a filio mater occisa est. Iudicatio. cum Apollo iussit, iuste mater a filio videtur occisa. Ideo in hoc themate iudicatio dubia est. Deinde sit anceps cause genus si habeat in se causam et honestatis et turpitudinis. Si lenonis filius fortiter fecerit et premium petat. honestum est quod fortiter fecit. turpe quod filius lenonis. In hoc ergo genere cause benivolentiam comparare debemus. Obscurum. in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est. hic itaque iudices dociles facere debemus.

Benivolos iudices a quattuor locis facere debemus vel possumus. a nostra persona. ab adversariorum. a iudicum. ab ipsa causa. Primo a nostra persona quattuor coloribus benivolentiam iudicis possumus comparare. si de nostro facto et officio sine arrogantia dicemus. Officium est quod ex legibus vel ex natura tenere est nobis implendum. factum non est quod semper quod debemus persolvimus. Sed cum nostrum officium sine arrogantia laudabimus. atque in rempublicam quales fuerimus. aut in parentes. aut in amicos vel in eos qui audiunt aliquid referemus. dummodo haec omnia ad eam propriam rem de qua agitur sint accommodata. Deinde si crimina illata et aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus. Id est si ea que ad deformationem persone nostre per iudicialem causam sunt obiecta diluemus. Deinde si que incommoda acciderint, aut que instent difficultates proferemus. scilicet inopiam. solitudinem. calamitatem. vel si aliqua futura mala proferimus. causa [illegible] memores [illegible]. Postmodo a nostra persona benivolentiam comparamus si prece et obsecratione cum supplici utimur oratione. si orabimus ut nobis sint auxilio, et simul ostendemus nos in aliis noluisse spem habere.

Si nostra nostri incommoda proferimus.

Deinde ab adversariorum persona tribus coloribus benivolentiam iudicis comparamus. si eos aut in odium aut in invidiam aut in contemptionem adducemus. In odium sit. si eorum turpiter vel crudeliter factum proferimus. et sic quid eorum spurce. superbe. perfidiose. crudeliter. confidenter. malitiose. flagitiose. factum proferimus. Spurce. impure et animi corruptione. Superbe in subiectos. perfidiose in deos vel socios. Crudeliter in consanguineos. Confidenter in diis. malitiose in impios. flagitiose in parentes. In invidiam sit. si vim eorum. potentiam. divitias. cognationem. pecunias proferemus. atque eorum usum arrogantem et intolerabilem. ut his rebus magis videantur quam cause sue confidere. Deinde in contemptionem adducimus si eos contemnendos esse dicimus. quod aut negligentes

Similiter benivolentia colligitur captando aut misericordiam aut dignitatem aut aliquo genere virtutis et maxime liberalitatis officii iustitie fidei contrariisque rebus in adversarios conferendis et hos qui dissentiunt aliqua
coniunctionis aut cum aut sine sufficiendi et si in nos aliquod odium offensione sit collocatum vel tol-
lendo minuendoque aut diluendo aut extenuando aut compensando vel deprecando.

sunt ad ignaviam. Si eorum inertia, negligentia, ignavia, desidio-
sum studium et luxuriosum otium proferemus. Ab iudicum persona
ab duobus eorum benivolentiam captamus, si eorum bene gesta sine
adulatione proferamus. et si dicimus pro eis iudicium magnum esse ex-
pectatum. Ab auditorum etiam persona benivolentia captabitur si res
mansuete eorum fortiter, sapienter, magnifice iudicantes proferemus. et si de his
existimatio quantaque eorum iudicii et auctoritatis exspectatio sit aperie- pro honesta
mus. Postremo ab ipso negotio duobus ex locis benivolentiam
captamus si nostram causam laudando extollamus, adversariorum vitupe-
rando deprimamus. Attentos autem auditores faciemus si pollicebi-
mur nos de rebus magnis, novis, inusitatis verba facturos, aut de his
que ad rem publicam pertineant aut ad eos ipsos qui audient, aut ad
aliquos illustres, aut ad deorum immortalium religionem. et si rogabimus ut
attente audiant. et si nos breviter dicturos esse promittemus. atque
exponemus iudicationem aut iudicationes si plures erunt. Ut atten-
te inquit audiant tamen rerum aliud consequimur nam aut magnitudinem pro-
ponemus aut novitatem aut dignitatem cum ipsis apud quos res agitur;
Dociles auditores faciemus si aperte et breviter summam cause
exponemus. hoc est in quo consistit controversia. et si attentos eos fa-
ciemus. nam docilis est qui attente vult audire. Intelligentia
inquit ut audiant etiam attente a rebus ipsis ordiendum est. Et sic fa-
cile auditor discit et quid agitur intelligit si complectimur a principio ge-
nus ipsum cause, si definias, si dividas, si neque prudentiam eius impe-
dias confusione partium nec memoriam multitudine. Que postea de
narratione dilucida dicentur eadem etiam huc poterunt referri.
Sit autem hoc in preceptis ut si quod tempus aut res aut interventus alicuius aut
interpellatio aut ab adversario dictum aliquid et maxime in perorando ex-
cusationem dederit nobis ut dicamus aliquid ad tempus aptum ne derelinqua-
mus. sive loco de amplificatione dicemus multa poterunt ex his ad pre-
ceptorum preceptum transferri. Tria sunt tempora quibus principio
uti non possumus sed insinuatione est utendum. Si autem in
negotio ipso inest aliqua turpitudo ut res ipsa per personas
aut iudices aut agentes pariat offensionem. Aut si iam aliquid
iudicibus ab his qui prius dixerunt persuasum videtur. Ideo qui post
dicturus est non libenter auditur. Aut si illi qui audituri sunt
alios audiendo ceperint esse offensi. Duobus modis causa continet
turpitudinem. Aut enim res turpis est aut persona. Si persona
turpis sit aut alium hominem subiciemus qui amabitur aut rem pro
persona. Deinde si res turpis sit aut aliam rem que honesta est
subiciemus aut pro re hominem. Si utrumque turpe sit. rem et personam
commendamus cum non sit turpe. Et si quod videtur turpe sit pro-
suscipimus. Deinde debemus dissimulare defensionem et dicere ea que
adversarii displiceant tibi etiam displicere sed nichil horum ad tuum
negotium pertinere. Deinde inutile de adversariis detrahere debebis.
Postremo de simili negotio aliquod iudicium afferri oportebit exemplum.
Si inquit per cause turpitudinem animi iudicum fuerint offensi aut pro
eo homine in quo offenditur alium hominem qui diligitur interponi oportet.

aut pro re que offendit aliam rem que probatur: aut pro re hominem: aut pro homine rem. ut ab eo quod odit ad id quod diligit auditoris animus traducatur. et dissimulare te id defendere quod existimeris defensurus; deinde cum iam mitior factus erit auditor ingredi pedetemptim in defensionem. et dicere ea que indignentur adversarii tibi quoque indigna videri; deinde cum lenieris eum qui audiet. demonstrare nichil eorum ad te pertinere et negare te quicquam de adversariis esse dicturum neque hoc neque illud. ut neque aperte ledas eos qui diliguntur. et tamen id obscure faciens quoad possis alienes ab his auditorum voluntatem. et aliquorum iudicium simili de re aut auctoritatem proferre imitatione dignam. deinde eandem aut consimilem aut maiorem aut minorem agi rem in presenti demonstrare.

¶ Item si oratio adversariorum fidem fecisse iis (?) iudices videntur abalienati tunc minus benevolentia (?) comparatur; et aut ab eo argumento quod sibi firmissimum crediderant adversarii te dicturum esse promittas. aut si ab eo dicto incipias quod adversarius nuper dixerit; aut si cum admiratione dubites quid potissimum dicas aut cui loco primum respondeas. Cum enim te iudices videant paratum ad respondendum, estimabunt sibi non recte ab his animum (?) persuasum ad quod crediderant fuisse persuasum.

¶ Si forte ipsi iudices defatigati fuerint multos audiendo, primo oportebit polliceri brevius te quam fueris esse dicturum. deinde si ita se habebit negotium (vel si negotium dignum patetur (?)) utile est rebus novis vel ridiculis risum iudicibus aut iocum movere. quod id duplici modo: aut ex tempore si forte clamor aut strepitus aliunde fuerit exortus. aut cogitatum paratumque ut vel a fabula incipias vel apologo ad propositum negotium pertinentibus. Sin autem tale negotium fuerit ut iocandum non sit. a re aliqua tristi sententia (?) exordium est incipere. Nam ut cibi fastidium aut dulci re aut subamara (?) relevatur. ita studium audiendi apud iudices aut rebus ridiculis aut asperioribus redintegratur.

¶ Exordium sententiarum et gravitatis plurimum debet habere. sententias non illas que generaliter dicuntur ut est: obsequium amicos veritas odium parit. Preceptum est autem ne que in principiis generaliter dicantur. Sed has sententias accipiamus sensus atque inventiones plurimas atque easdem graves. Preterea ut commendati simus auditoribus in exordio: omnia illa habere debemus que nobis vel orationi nostre pariant dignitatem. Splendoris et festivitatis et concinnitudinis minimum. In exordio igitur nichil splendidum. nichil diligenter (?) accuratum habere debemus. ne ipsa dicendi diligentia diffidentiam negotii demonstret (?).

¶ Vitia vero hec sunt certissima exordiorum. vulgare. commune. commutabile. longum. separatum. translatum. contra precepta. ¶ Vulgare est quod in plures causas potest accommodari. id est quod dicitur commune principium. Et quod non convenit sed omnibus potest esse causis. si sic incipias. Iovem ego optimum maximum (?) et vellem si fieri posset iudices. ¶ Commune quod nichilominus in aliam contrariam partem causae potest convenire. ¶ Inter vulgare et commune hoc interest. Vulgare omnibus convenit causis. commune in eadem controversia utrisque partibus. Utrumque quae semper includitur (?) vulgare non generale est. Dicere que est quod tamen ante nos ab adversariis dici potest. ¶ Commutabile quod ab adversario potest leviter commutatum ex contraria parte dici. ¶ Commutabile est illud quod non quidem ab adversariis dici per se possit tamen ut ante prolatum est sed commutato verbo vel addito possit in partem contrariam converti. ¶ Longum est quod pluribus verbis aut sententiis ultra quam satis est producitur: memini me (?) ... esse orationem nimium (?) ... hunc in ...

singulis ... conveniat quod sine dicit. Itaque longum est quod nimis a
verbis aut sententiis involutum est. Separatum quod non ex ipsa causa ductum est.
n[on] sicut aliquod membrum annexum orationi. Separatum est quod non est ex ipso negotio nec
ex causa qua de agitur. ut si honesta vel admirabilis sit, et tamen ab adversarii
criminibus exordium sumamus. Translatum est quod aliud conficit quam cau-
se genus postulat. Translatum est inquit cum ignorato genere cause aut
dociles pro attentis aut attentos pro benivolis faciendos nobis iudices pu-
temus. Contra preceptum est quod nichil eorum efficit quorum causa de exordiis
precepta traduntur. Contra preceptum est inquit quod iudicem neque benivolum neque attentum neque docilem
reddit etiam infestos facit.

Ut narrationes instruantur iudices negotium est... aperte, verisimiliter et breviter.

Narrationis tria sunt genera. unum quod est in causa expositio in quo
exponimus res gestas et unumquodque torquemus ad utilitatem
nostram vincendi causa. quod pertinet ad eas causas de quibus iudica-
tum futurum est. Narratio cause non id solum agit ut res gestas
explicet verum etiam multa futuris prestruit quoquo modo. Ali-
ud genus narrationis est quod extra causam est sed ad causam facit hoc est quod digres-
sio dicitur, ut est illud. Agonis est quoddam et dicitur in quo magis debeat at-
tendere. longum intermittit in quo se regalis iniuria ... pressisse con-
memorat et se lesum attribuere debere contendit. Item hec narratio extra
causam quatuor modis fit. aut criminationis causa, aut similitudinis,
aut delectationis, aut amplificationis. Criminationis causa fit, ut dicendo quod
fuit. Similitudinis causa fit, ut est illud. fit iste multo scelerator et ne-
quior quam est adversarius. aliquando etiam felicior fuit. Delectationis causa fit
non aliene ab eo negotio quo de agitur. ut si prata sine mora et fon-
tes rivosque describas. et hanc propriam descriptionem ad causam applices.
Amplificationis causa fit ut est illud de exemplis quo usi oratores ad causam
ut amplificent crimina Verris et quam ille verum vitam admirabiliter
veteres multa eorum non visa comprehendit. Tertium genus narrationis
est quod extra orationem est. hoc est quod a re remotum est a civilibus causis. et
aut poetarum est aut historiographorum. Hec inquit narratio remota a civilibus
causis duo membra habet. Nam aut propter negotia exponenda sunt. quod est
comediographorum vel tragoediographorum. vel sic non auctorum vel sententie.
Nam Virgilius Aenee et mores et fata describit. Sed hec narratio extra
oratorem in duo dividitur. in negotia et in personas. Res illa nar-
ratio que in negotiis est tres habet partes. fabulam historiam argu-
mentum. Fabula est in qua nec vere nec verisimiles res continentur. Historia
est qua res vere gesta est sed a nostra memoria remota. quod genus: Appius in-
dixit Carthaginiensibus bellum. Argumentum est quod fictum non est
... sed fieri potuisse creditur. ut in comedia adolescens nimium amatur.
Nam ut prius... excessit ex ephebis Sosia. Illa autem narratio
que versatur in personis exprimendis talis esse debet, ut in ea et sermo-
nes persone et animus ostendatur. ut in Terentio ubi Demea et Mi-
tionis sermo persone moris exprimitur. Venit ad me sepe
clamitans quid agis Micio. cur perdis adolescentem nobis. cur amat.
cur potat. cur tu his rebus sumptum suggeris. vestitu nimio
indulges nimium ineptus es. nimium ipse est durus preter equum et bonum.
In his verbis rigor et austeritas persone obiurgantis ostenditur. Hoc
demum genus narrationis multa debet esse festivitate confecta ex rerum

varietate · animorum dissimilitudine · gravitate lenitate · spe · metu · suspicione ·
desiderio · dissimulatione · errore · misericordia · fortune commutatione · insperato
incommodo · subita · leticia · iocundo exitu rerum · Rursum hec exempla que postea de elocutione precepta
ornamenti sumuntur / Rursum ne nos perturbet quod et in illa narratione
que in negociis est sepe etiam persona describitur, ita describit autem
describunt sororem et reliqua · Et illa narratio que de personis
est gesta etiam narrantur · non magis nos perturbent quod mixta sunt
sed animadvertere debemus quod pro parte quadam dicuntur · Sepe enim persona describitur
sed negocium patefacit · Sepe gesta narrantur ut appareat qualis sit
persona videatur · Sed ad proprium narrationis illius veniamus que proprium
animum continet et tertium genus narrationum ¶

¶ Oratio que narratio dicitur tum est probabiliter narrare plenius dicendum in articulis
commodi non tamen ad proprium genus easdem partes dicit · Negocium
enim iudici insinuatur · non pars negocii et dicit ut cum iudex
noverit et cum non dicens partem est · Sed subtilius apponetur aliud quod
sic parti possit committat · Nam iudex sic ab uno audit quod vos parte.
Sed ut ab optimum proveniens est in narratio / qui ita narrant ut causam nar
rare potuisse credant · Unde talis oratio esse non potest cum omnia premittuntur et qui
bus compositis est dicunt alie sunt · aliud assertum est certum simila tamen nar
ratio non est · cum hec omnia ad confirmationem genus dicunt et non ad argu
mentationem oratores ut iudex statim cum sed ut audivit causam admissam et At
narrare cum ea omnia sunt explicata · tunc causam autem ab accusatore
proponit post narrationem que intentio · aut a defensore que depulsio ut puta
Sextum Roscium occisum esse accusator dicit a filio · tullius negat · hinc esse
causam oratio pro defensio · Insinuatur iudici per narrationem totum negocium · ubi
que quo Sextum Roscium sit occisum · hec utique pro dicit unde est et huic sententie sibi
sic intimant id quod pro se probare possit · non pugne modo sed inducti
verisimilitudine ut ita videretur quod adversariorum eorum non narrare possit
explicato negocio cuique contra recepit adversarium dicere quod Sextum Roscium si
cum intermit et sic causatio · Si autem defensor est proponit causam quas
questione occidisse patrem Sextum Roscium arguitur et affert argumenta que
hic possit dissolvere · ¶ Quoniam narratio est rerum explicatio et quedam
quasi sedes et fundamentum constituende fidei · ea sunt · ea servanda maxime
que etiam in reliquis fere dicendi partibus · que partim sunt necessaria partim sumpta
ad ornandum · Nam ut dilucide probabiliterque narremus necessarium est · sed assu
mimus etiam suavitatem · ¶ Tres inquit virtutes sunt narrationis
ut brevis · ut aperta · ut probabilis sit · Cum ut hec tamen sic omnia sint
non cum aliquid ceteris · quamque iste virtutes narrationis sint ceteris partibus orationis
conveniant · narrationis tamen sunt proprie · Alteras autem partes orationis virtutes
narrationis convenire non posse · quod reprehensio quolibet confirmatio que rebus communicatio
potest habere hec tamen · sed quod alienum · Cum autem quod huic narrationi non conveniunt
ut iudices et tormentorum et reliqua huiusmodi que fidei sunt non affectus ·
¶ Brevis erit narratio si unde necesse est inde initium sumetur non ab ultimo
repetetur · ut puta si nobis belli troiani narratio sit debemus a raptu He

lene meretrice, non a Leda que Helenam genuit. Et si unius rei satis
est summam dixisse, eius partes non dicentur. ut pro eo sufficiat dicere
occidit, non dicemus: et voluit et potuit et occidit. cum harum partium summa sit
occidit et hoc dixisse sufficiat. Et sepe satis est quod factum sit dicere, ut non
enarres quemadmodum sit factum. Et si non longius quam quod scitu opus est in
narratione procedatur. ut puta quidam fortiter fecit, petit premium nomine eius
dem dimidium. contenditur. narrandum est quemadmodum fortiter fecerit, non etiam
quemadmodum ad civitatem reversus sit, et quemadmodum premium petierit et quemadmo-
dum ei concessum sit. Et si nullam in rem aliam transibitur. scilicet ut
illa tantum narres que ad eam pertinent, non etiam alia que extra sunt et quod
negocium minime pertinent. Et si ita dicetur ut nonnumquam
ex eo quod dictum sit id quod non sit dictum intelligatur. ut puta secundum
que sunt sua prima declarent. Si dicens. inde cum reversus fuissem. utique
cum dicis reversus, ostendisti et profectum nescio quo et pervenisse, postmodo reversum.
Et si non modo id quod obest, verum etiam id quod neque obest nec
adiuvat preteribitur. Et si semel unumquodque dicetur et si non ab eo
in quo proxime desitum erit deinceps incipietur. Ne imitare illum qui
... proximum ad alium re similiter exordium. si dicens. Pamphilus urbe fui
et cum eius parvus ad nullum ret. et cum venissem. quare ... bre
vit narrationem est. iterum nihil debet. Sepe autem et si dico in verbis
brevis est, tamen longior efficitur cum non multe res in narratione ponuntur. ut puta
accessi ad edes. puerum evocavi. respondit. quesivi dominum. domi negavit esse.
hic tamen et si tot res brevius non potuit dicere. tamen quia satis fuit dixisse domi
negavit esse, fit rerum multitudine longius. Quapropter si breves esse
volumus non solum verba non multa proferre debemus, sed etiam res.

Aperta autem et dilucida narratio poterit esse si ut quodque primum gestum erit
ita primum exponetur et rerum ac temporum ordo servabitur. Et taliter ne id primum
narres quod postea factum est. Hic erit considerandum ne quid perturbate, ne
quid contorte, ne quid ambigue dicamus. Id est si rerum ac temporum in
narratione ordo mutetur. ne quam in aliam rem transeatur. ne omissis
rebus ad partes negociorum pertinentibus non narranda atque aliena narremus.
Ne ab ultimo repetatur. ne ad extremum prodeatur. ne quid quod
ad rem pertineat preteriatur. et omnia in brevi narratione precepta etiam in aperta
nobis servanda sunt. Nam quo brevior eo dilucidior et cognitu facilior
narratio fiet.

Verisimilis narratio fiet si ut mos, ut opinio, ut
natura postulat dicemus. Si spatia temporum, si personarum dignitates, consiliorum
rationes, locorum opportunitates constabunt, ne refelli possit aut temporis parum
fuisse aut causam nullam aut locum idoneum non fuisse aut homines ipsos
facere aut pati non potuisse. Probabilis quoque erit si personis, si temporibus,
si locis ea que narrabuntur consentient. Si causa facti et inventi ratio ponetur,
si testata dici videbuntur, si cum hominum opinione auctoritate, si cum lege,
cum more, cum religione convenient, si probitas narrantis significabitur, si
antiquitas, si memoria, si orationis veritas et vite fides. Naturam id quod
dicimus abhorret si de pudicitia agat leno, de castitate meretrix,
simpliciter mores res abhorret si quis consuetudine audiganu loquatur, si apud Romanos
nos narres quam iusticiam et si apud satis mores barbaros reprehendas.
Itaque narratio probabilis est si ea sunt septem illa: quis, quid, cur, ubi, quando,
quemadmodum, quibus adminiculis. Et in quibus addit opinio si res et ad eorum

sicut geste res erunt et ut potuisse geri videbuntur

q agetur nunc et ad vulgi morem et ad eorum qui audient opinionem accomodabitur.
¶ Quamvis autem narratio est, que sit admirationes exspectationes exitus inopinatos
interpositos motus animorum colloquia personarum dolores iracundias metus leti-
cias cupiditates. ¶ Illud autem tamen preterea assidue oportebit ne aut cum
obsit narratio aut cum nichil prosit, tum interponatur aut non loco aut non
quemadmodum causa postulet narretur. Obest narratio si eius operis atque in-
simas rei geste qualitatem narratio habet vel auditorem reddit infensum.
Sed cum contingit non aperte narrare debebis nec tamen omnem iudicare.
sed singulas cause partes proponere. Et his statim argumenta supponere ut
res dubia fidem pro agentis accipiat voluntate. Nichil autem prodest
narratio. tamen ita ab adversariis ea in iudicibus expositum est ut ab nobis aliter
narrandum non sit. Non loco dicitur tamen non in ea parte orationis collocatur.
in qua res postulat. Non quemadmodum causa postulat narratur tamen aut
id quod adversario prodest dilucide et ornate exponitur. aut id quod ipsum
iuvat obscure dicitur et negligenter. Verum hec tria mala sunt. si ea
id faciam nichil nobis prodest. Sepe enim prodest ut tali prevaricatione
aliud quod volumus obtinere possimus. Nam ut obtineat davus ne
chremes det filiam pamphilo. aperte narrat id quod contra pamphilum
potuat videlicet illum peregrinam amare et filium ex ea suscepisse. Victorinus
¶ Item affectus narrationibus interponuntur. et non in generum causis sunt. et
ubi necesse prout magnum pondus rebus accomodat. Et non aliquem affectum
habet aut invidia aut misericordia aut quid simile commovemus. forma et
speciem narrationis excedere non debemus. si affectus qui in narratione latebit eadem
explicata reddendus erit atque exequendus. Evenit ut sit narratio que multos
se locos communes preciat quos etiam affectus vocamus. qui non erit in
ultimum habere et post narrationem differendi. Sed si narratio communissimum
erit in qua cum se primum affectus obtulerint statim interponendi sunt.
neque enim prout simul omnes post narrationem reddi. Ut est. Predam deprehe
narratio repente preter spem classem pulcherrimam populi romani in primum
inexspectet inflammari incendiis iussit. Ac mox interposuit affectum. O
tempus miserum atque acerbum provincie sicilie. Et cursum illum multis inoreti
bis calamitosum. Ad narrationem redit. Affuit inquit nocte in tepestri
lis huius iste mali nuncius syracusis. Rursum dum narrat excedit.
Uno multi atheniensium inquit gloriosissime ac maxime plurimum potuit.
et reliqua. Rursum ad narrationem redit. Tullius. Victorinus.

Recte habita in causa partitio. illustrem et perspicuam totam
efficit orationem. Partes eius sunt due. una que cum ad-
versariis conveniat et quid in controversia relinquatur ostendit.
Ex qua certum quiddam designatur auditori in quo animum
debeat habere occupatum. Altera est in qua rerum earum
de quibus dicturi sumus brevis expositio ponitur distributa.
Ex quo efficitur ut certas res animo teneat auditor quibus dictis intelli-
gat fore peroratum. Primum inquit post narrationem debemus que in
confessione sit dicere. et quid in negotio. et id quod adversarius consistet
ad causam nostre commodum inclinare. hoc modo. Occisum dicunt eos gradus.
non vim una re. Vi. hominibus armatis non negeris. unum alterum. dolo
malo factum negamus. De hoc iudicandum est. Item si dicat accusator. invenem

occisam ab oreste filio constat. cum id quod adversarii confitetur ad se inclinat.
Consideratio. .i. sumpsimus non videtur debuisse a filio mater occidi et dein
de si dicat orestes vel eius defensor constat a clitemestra agamemno
nem occisum confessionem adversarii sine dubio ad se inclinat. Consideratio e
enim mater occidi maritum ab uxore non debuit. Nam quod in controversia
sit ex inductione colligitur. Id est cum vere orestes matrem occidit cum
illa prius occidit orestis. Atque adversarius talis erit partitio et con
cessionem matrem a filio cum adversariis in convenit cum illa occidit
agamemnone. an a filio occidi debuit quod est. Erit non talis erit
partitio. Interfectum a clitemestra agamemnonem convenit an a filio cli
temestra debuit occidi questio est. Item. dicimus vim factam a fabio
familia adversarii non negant et hic proposuit quod adversarii fateantur et
deinde ipsum pro se facit dicendo. Exemplum dant ce tullio ponens unam
unam rem et Contra adiungit alteram partem in qua confessionem dicit enim di
cit .iii. hominibus armatis non negas. unam alteram. Post quod in controversia
sit proponit enim dicit dolo malo factum negas. De hic iudicium est et
Deinde enim hic secundum distributionem uti debemus enumerando et breviter
exponendo res de quibus dicturi sumus. Id est enim dicemus numero quot
de rebus dicturi sumus. et enim res de quibus dicturi sumus exponemus breviter
et absolute hoc modo. quare hic erit quadripartita distributio totius ac
cusationis mee. de consilio. de legatione. de partitione urbana. de partitione
sibi licensi et Hec eadem distributio duplex est. vel aut membra continet
que in causa sunt et aut ea que ingenio fingit orator. Ut pro sex
to roscio enim causa crimen sit parricidium ac propter hanc negociorum
partitionem tullius non causam. sed orationem dicendo in crimen. audaciam
potentiam causas confectionum. Et in omni non distributione
sive qua hic orator in membris negocii. sive qua in membris
que ipse format et fingit dicendi tria similiter debet. Brevita
tem. absolutionem. paucitatem. Brevitas ubi est. Absolutio in
toto et paucitas in generibus. Brevitas est cum non nisi nullum as
sumitur verbum. Ut si primum dicemus de frumento frumento.
Deinde de empto. postremo de estimato. non dicemus de frumento
frumento deinde ubi magis est crimen. de eo quod solet publice permis
sum. postremo ubi nichil avaricia verris intactum relinquit.
dicemus enim de estimato frumento et hoc utique superflua verba. in
brevitate partitionis vitare debemus. ut animus auditoris non
verbis sed rebus ponendis occupetur. Absolutio est si omnia genera que
incidunt in causam parcientes ponamus ne vel utile aliquod genus
preteream aut postea cause quod est viciosum inferamus. Paucitas
species maior est multitudo. Angustior generum vero est enim. quippe
cum genus multas in se species teneat quam fiunt particionem de speciebus
omnibus cause incidentibus. absolutionem quidem faciat quia omnes species in
particione ponit. sed peccat quod species longior distributio est. Cum parti
tio amplius quam quattuor partes omnino esse non debent. Ideo ut
absolutio melius in distributione fruetur. species ille ad quod respecta
de sunt. ut paucas generibus cum species omnes compre sunt. abso
lutionem confirmamus quia omnia et paucitatem quia genera que incidunt

i(d est) tum in distribuere collocamus. / Partitur e(nim) si quam ipsa rerum ponitur
nempe primo parte cum partibus implicatur. Tunc inquit partitio partitione vel
forma, tum quod sit genus quod sit species nam si unam ne tu generibus species in
plurimum. Itaque si studere volumus partitione, earum quae parum in
partitione collocare debemus. / Exemplum vitiose partitionis. ostendam
per cupiditatem et audaciam adversariorum. Hoc inquit errat. et
ex iam partitione fuit ne sciunt et sequendum non sola rerum quae posuit
sed genera et partem generis. Cupiditas in genere est. pars cupiditatis avaritia
a. / Breviter igitur partium rerum in partitione ponenda sunt. sed si aut genus partes
tres suas fuit arte supponi. propter partitionem nimium complexam. et ad id
genus venimus. Sic duo partes et quae conveniunt complexione et in partitione in
partes quae in genere non debemus. et in partibus eorum debemus de quibus partibus
disputare. / Atque illud quod pertinet ad partitionem ne plura quam
satis est nos demonstraturos esse dicamus. hoc modo. ostendam adversarios
et quod arguimus et voluisse et potuisse et fecisse. etc. in tertio dictum sit
quod arguimus et voluisse et potuisse et fecisse. in omni dicere meminisse oportebit. ut quod
Cetera hec de partitione precepta. in omni dicere meminisse oportebit. ut quod
primum in partitione posuimus id primum aggrediamur et explicemus. quod
secundum posuimus ut secundo aggrediamur loco. etc. tertium. etc. Postremo fini
tis per ordinem suis partibus dicendi omnem extremum epilogis concludamus;
sed ut singulis partibus partitionis absolutis nihil amplius dicamus. post genus. / Tul.

Et quae ad faciendam fidem pertinet in confirmationem et reprehensionem dividuntur. Nam in confirmando nostra probare volumus in reprehendendo contraria redarguere. In his duobus tota spes vincendi ratioque persuadendi posita est.
Fides sit argumentis quae ducuntur ex locis aut in re ipsa insitis aut assumptis. / Loci sunt in quibus latet argumenta. Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem.
Ista duo sic dividuntur. quae sine arte putantur ea remota appello. ut testimonia. Insita quae inhaerent in ipsa re. / Testimoniorum quaedam sunt divina et humana. Divina est ut oracula ut auspicia ut vaticinationes ut responsa sacerdotum vel aruspicum coniectorum. Humana quae expetuntur ex auctoritate et voluntate et ex oratione aut libera aut expressa vel tormentis extorta. In quo insunt scripta pacta promissa iurata quaestio vel per eius facta. / Testimonium / Considera.
Constat ex persona. ex naturae auctoritate. ex temporibus. ex dictis factisque maiorum.
ex tormentis. / Testimonia multa sunt quae afferunt auctoritatem id est ingenium.
opes. aetates. fortunae. artes. usus. necessitas. et concursio rerum fortuitarum.
persona non qualiscumque testimonii pondus habet ad faciendam fidem. sed morum
probitate debet esse laudabilis. Naturae auctoritas est quae maxima virtute consistit.
Ex dictis factisque maiorum fides petitur. cum posteriorum dicta factaque memorantur.
Ex tormentis fides probetur. propterea quod nemo creditur velle mentiri. / Tul.
Insita sunt quae infixa sunt rebus ipsis. tum ex toto. tum ex partibus.
tum ex notatione. tum ex his rebus quae quodammodo affectae sunt ad id de
quo quaeritur. id est quae negotium de quo agitur quadam affectione respiciunt non omni. / Affectorum argumentorum alia coniugata appellantur.
alia ex genere. alia ex forma. alia ex similitudine. alia ex differentia. alia
ex contrario. alia ex coniunctis. alia ex antecedentibus. alia ex consequentibus.
alia ex repugnantibus. alia ex causis. alia ex effectis. alia ex comparatione

maiorum aut peritum a minori. Omnibus istis locis argumentorum simul [illegible] tabimur et quibus eorum adhibebimus iudicare ut levia semper eiciamus nonnumquam
Boe. li. 3. et permittamus non necessaria. ¶ Testimonium vero est orator [illegible] iudicio et auctoritate. ut Non temere fama nasci solet quin subsit aliquid. Amici
ut ait apostolus [illegible] ante perdolor sunt. Nichil est scelestius quam amare dum caveas. ¶ A toto ubi supra
est argumentum. ut definitio cum definitio adhibetur ad id quod queritur. ut
Gloria est laus recte factorum magnorumque in rempublicam fama meritorum. Avaricia
est inmoderatus amor habendi. ¶ A partibus est argumentum ut distributio. i. divisio vel partium enumeratio
Aut negari factum aut factum esse iure defendi. Avaricie species sunt. usura rapina.
iniuste tallie. fraudes negociatorum. acceptio munerum. pluralitas beneficiorum. symonia religiosorum. ambicio sue. pauperum [illegible]. Nam ipse locus qui ex
divisione a theologis dicitur a cicerone in genus [illegible] ponitur. alter vero [illegible]
[illegible] de quo loquitur hic modo. Commode et lenitur hic argumentum quod ex quo
finitur cum ex toto partes perscripsimus hic modo. Si dolus malus est cum aliud
agitur aliud simulatur. enumerare licet quibus modis id fiat. Deinde in
eorum modorum aliquam partem id quod arguas dolo malo factum licet includere
quod genus argumenti ex primis vero inducere solet. ¶ A notatione est argumentum
ut nominis interpretatio. cum ex vi nominis argumentum aliquid ducitur. ut Consule
[illegible] quedam quod iniusto magistratu invenire non poterit. Abel luctus interpretatur quo nomine prefigurabatur occidendus. ¶ A coniugatis argumentum est
¶ Ipsum genus argumentationis duobus modis vitiosum est. Aut enim aut in ipso vitium est, aut in eo quod institutum est non accommodatur. ¶ In ipso vitium esse primum modis possumus dicere: si est falsum, commune, vulgare, leve et alia quae sequuntur. ¶ Falsum est in quo perspicue mendacium est, ut non potest esse sapiens qui pecuniam neglegit. Socrates autem pecuniam neglegebat; non igitur sapiens erat. ¶ Commune est quod nihilo magis ab adversariis quam a nobis faciat, ut idcirco iudices quia verum non habebam, breviter peroravi. ¶ Vulgare est quod in aliam quoque rem non probabilem si non concessum sit transferri possit, ut si causam veram non haberet, vobis se iudices non commisisset. ¶ Leve est quod aut post tempus dicitur, hoc modo: si in mentem venisset, non commisissem; aut perspicue turpem rem levi tegere vult defensione, ut cum te expetebant omnes florentissimo regno reliqui; nunc te desertum ab omnibus summo periculo sola ut restituam paro. ¶ Remotum est quod ultra quam satis est petitur, huiusmodi: Quod si non Publius Scipio cor-

velim filiam tibi genero collocasse. atque extra duos generos pre-
esse. tunc sedecies mille non centum. Atque hic ingenuum scipionem asse-
bendi videtur; Mala est diffinicio. cum aut genera describit
hoc modo. Seditiosus est is qui malus atque inutilis civis est. Nam hic non ma-
gis seditiosi quam ambiciosi. quam calumpniatoris. quam alicuius hominis impro-
bi vim describit. Aut falsum quiddam dicit. hoc pacto. Sapientia est pe-
cunie querende intelligentia. Aut aliquid non grave nec magnum
continens. sic. Stulticia est immensa glorie cupiditas. Est hec quidem
stulticia. sed ex parte quadam. non ex omni genere diffinita.
Controversum est in quo ad dubium demonstrandum dubia cau-
sa affertur. hoc modo. Eho tu. dii quibus est potestas motus superum atque
inferum. pacem inter se galiant. conferunt concordiam; Perspicuum est
de quo non est controversia. ut si quis orestem accusans plane
dicat ab eo matrem occisam. Non concessum est. cum id
quod augetur in controversia est. ut si quis cum ulixem accuset. in
hoc maxime commoretur. indignum esse ab homine ignavissimo. in pro
fortissimum aiacem necatum; Turpe. quod aut eo loco
in quo dicitur. aut eo homine qui dicit. aut eo tempore quo dicitur. aut
his qui audiunt. aut ea re de qua agitur indignum propter inhones-
tam rem videtur; Offensum est. quod eorum qui audiunt volun-
tate ledit; Contrarium est. quod contra dicitur quam hii qui audiunt
fecerunt. ut si quis apud alexandrum macedonem dicens contra
aliquem urbis expugnatorem. dicat. nichil esse crudelius quam
urbes diruere. cum ipse alexander thebas diruisset; Incon-
stans est. quod ab eodem de eadem re diverse dicitur. ut si is
qui dixerit. qui virtutem habeat eum nullius rei ad bene vivendum
indigere. neget postea sine bona valitudine posse bene vivere.
Aut se amico adesse propter benivolentiam. sperare tamen aliquid
commodi ad se perventurum; Adversum est quod ipsi cause aliqua ex
parte officit. ut si quis hostium vim. copias. et felicitatem au-
geat. cum ad pugnandum milites adhortetur. Deinde
non accommodata ad id quod instituitur. xiii. modis possumus deprehende-
re. Si plura pollicetur. pauciora demonstrabit. Aut si cum totum
debebit ostendere. de parte aliqua loquatur. hoc modo. mulierum genus avarum
est. nam eriphile auro viri vitam vendidit. Aut si non id quod
est. [illegible] accusabitur defendat. ut si quis cum ambitus accusabitur. manu
se forte esse defendit. et apud parvum. qui vituperare insimu-
latur laudat; Aut si rem ex homine vituperabitur. ut si
quis [illegible] consilium dicti vitium reprehendit; Aut si quis cum
aliquem velit laudare. de felicitate eius non de virtute dicit. Aut si rem
cum re ita comparabit. ut alteram se non putet laudare. nisi alteram
vituperabit; Aut si alteram ita laudet. ut alterius non faciat men-
cionem; ut si cum aliqui deliberent. bellum gerant an non. pacem
laudet omnino. non illud bellum inutile esse demonstrent; Aut
si cum de certa re queritur. de qua instruetur oratio; Aut si ro-
gatur cum aliquid reddatur falsum. hoc modo. primum bonum est ex qua re
maxime vitam beatam efficiat. Aut infirma dicitur. ut plau-
tus; amici castigare ob meritum noxiam. immune est facinus.
verum [illegible] utile et conducibile. Nam ego amicum meum hodie non
castigabo pro merito noxia. Aut idem hoc modo; malum est avaricia.
multos enim magnis incommodis afficit. pecunie cupiditas; Ex

pro idonea; hoc modo. maximum bonum est amicitia. plurime enim delectationes
sunt in amicitia; ¶ Quinta reprehensio premissa est et definitis
omnibus extrema necessitate ponenda. Nam et sumpta vera esse ...
et conclusionem vere factam fatemur, et tamen contra argumentationem vitiosam
esse contendimus. Sed cum finem adversarii argumentationis nos neque vel
possumus reprehendere, aliam argumentationem eius finem aut firmiore
proponimus; ¶ Vero hic in deliberativo genere cause usu provenit, cum
aut utile aliquid adversario contendimus, si nos aut iustum aut hone-
stum aliquid demonstramus. Vel honestum aliquid adversario contendimus, si
nos honestum aliquid aut utile esse vincimus; ¶ Alibi no-
vissime idem creatur duo vitiosas argumentationes reprehendere ad intuendum
a nobis et ad reprehendendum, et aliis per singulas partes argumentationis. re-
ducentes omnem tractatum reprehensionis in unam quinque partium argumentationis
sic inquiens: ¶ Cum ordinem perfectum et plenum argumentationis exposuimus ex
quinque partibus constare, propositione, ratione, rationis confirmatione, exornatione,
complexione; in unaquaque parte argumentationis que vitia vitanda
sint consideremus, ut et ipsi ab his vitiis recedere et aliorum adversariorum argu-
mentationes ac partes in omnibus partibus temptare et ab alia parte labe-
factare possimus. ¶ Expositio vitiosa est cum ab aliqua aut a
maiore parte ad omnes confertur id quod non necessario est omnibus attributum;
ut si quis hoc modo exponat: ¶ Omnes qui in paupertate sunt malunt
maleficio parare divitias quam officio paupertatem tueri; ¶ Si quis hoc
modo exposuerit ut non curet querere qualis ratio aut rationis confirmatio
sit, ipsum facile reprehendemus expositionem cum ostenderimus id quod in
aliquo paupere improbo sit, in omnes pauperes falso et iniuria conferri.
¶ Item vitiosa expositio est cum id quod raro fit, fieri omnino negatur,
hoc modo; ¶ Nemo potest uno aspectu neque preteriens in amore incidere.
Nam cum nonnemo devenerit in amorem uno aspectu, et cum ille
neminem dixerit omnino, nihil differt raro id fieri, dummodo ali-
quando fieri aut posse fieri intelligatur; ¶ Item vitiosa expositio est cum
omnes res ostendimus nos collegisse et aliquam rem idoneam pre-
terimus, hoc modo; ¶ Quoniam igitur hominem occisum constat esse, necesse est aut
a predonibus aut ab inimicis occisum esse aut abs te quem ille heredem
testamento ex parte faciebat. Predones in illo loco nunquam visi sunt;
inimicum nullum habebat. relinquitur, si neque a predonibus neque
ab inimicis occisus est, quia alteri non erant, alteros non habebat,
ut abs te sit interemptus; ¶ Nam in huiusmodi expositione reprehen-
sione utimur si quos preter eos quos ille dixerit potuisse susci-
pere maleficium ostenderimus, velut in hoc exemplo cum dixerit necesse
esse aut a predonibus aut ab inimicis aut a nobis occisum esse; dicemus potuisse
vel a familia vel a coheredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem distur-
baverimus, nobis latiorem locum defendendi relinquimus; ¶ Ergo hoc
quoque vitium est in expositione, cum omnia collegisse videamur,
aliquam idoneam partem reliquimus; ¶ Item vitiosa expositio est
que constat ex falsa enumeratione, ut si cum plura sint pauciora di-
camus, hoc modo; ¶ Due res sunt, iudices, que homines ad maleficium impel-
lunt, luxuries et avaritia; ¶ Quid amor? inquiet quispiam, quid ambitio ...

¶ Aul.

religio. quia metum mortis quod imperium cupi- ...tas; quia demum permulta.
Item falsa enumeratio est. cum pauciora sunt et plura dicimus hoc modo.
Tribus rebus sunt que homines sollicitantur. metu. cupiditate. egritudine;
Sed non sunt exposite metu. cupiditate. quam egritudine cum utrumque
requiritur esse non est. Item vitiosum oppositum est quod nimium est
longe repetitum hoc modo. Omnium malorum stultitia est mater que parit
preceteris immensas cupiditates. Immense porro cupiditates infinite im-
moderate sunt. He pariunt avaritiam. Avaricia porro hominem ad
quodvis maleficium impellit. Ergo avaritia inducti adversarii in
se hoc facinus admiserunt; hic id quod extremum dictum est. satis
fuit exponere. ne Ennium et ceteros poetas imitemur. quibus
hoc modo loqui concessum est. Utinam ne in nemore pelio securi-
bus cese cecidissent abiegne ad terram trabes. neve inde navis
inchoande exordium cepisset que nunc nominatur nomi-
ne Argo. quia argivi in eadem vecti viri. petebant illam auratam
pellem arietis colchis imperio regis pelie per dolum. nam
nunquam hera errans medea domo efferret pedem. Ista
hic satis erat dicere. si id modo quod satis esset curarent poete.
Utinam ne hera errans medea domo efferret pedem egro a-
nimo saucia. Ergo hic quod extremum est ab ultimo in expositionibus
supersedendum est. non enim indiget. sed sicut alie conplures
sua sponte vitiosum est. ¶ Vitiosum vero est quod ad
utrumque aliquid non accommodatur. vel propter infirmitatem vel propter
vanitatem. ¶ Infirmum vero est quod non necessario ostendit ita esse
ut oppositum est. velut apud Plautum. Amicum castigare ob
meritam noxiam. immune est facinus. verum in etate utile et condu-
cibile est. hoc oppositum est. videamus quid vero afferatur. Nam ego
amicum meum hodie non castigabo pro commissa noxia. Ex
eo quod ipse faciendum sit ex eo quod fieri conveniat. utile quod sit
nominatur. ¶ Vanum vero est quod ex falsa causa constat hoc
modo. Amor fugiendus non est. nam ex eo verissima nascitur
amicitia. Aut hoc modo. philosophia vitanda est. affert enim secordiam
atque desidiam; Item quod infirmum vero est quod non necessario cum
affertur oppositionis. velut pacuvius. Fortunam insanam
esse et cecam et brutam perhibent philosophi. saxoque instare in glo-
boso esse volubili predicant. Ideo dicunt volubilem. quia
quo saxum impulerit globosum fors. eo cadere fortuna
autumant. Cecam ob eam rem iterant. quia nichil cernat
quo sese applicet. Insanam autem esse aiunt. quia atrox incerta
instabilisque sit. Brutam. quia dignum atque indignum nequeat
internoscere. Sunt alii philosophi qui contra fortunam negant esse
ullam miseriam. sed temeritate regi omnia autumant. id
magis verisimile esse aiunt. quia usus re ipsa asse experiendo edocet.
velut Horestes. modo fuit rex. factus est mendicus modo
naufragio. Naufragio nempe non ipsa contigit. quod id non forte

aut fortuna obtingit. Nam hic Pacuuius infirma re utitur cum aut ui aut ex temeritate quod fortuna ratione caret. Ita utitur opinione philosophorum si potuit ut is qui rem suscepit medicus fuisset. ¶ Item infirma ratio est que inducitur pro re affirmanda si idem dicit quod in expositione dictum est. hoc modo. Magno malo est auaricia hominibus. ideo quod homines magnis et multis incommodis conflictantur propter immensam pecunie cupiditatem. Nam hic aliis uerbis idem pro ratione dicitur quod dictum est per expositionem. ¶ Item infirma ratio est que minus idonea causam rei postulat cum sibi est expositionis. hoc modo. Utilis est sapientia propterea quod qui sapientes sunt pietatem colere consueuerunt. Item Utile est amicos ueros habere. habeas enim quibuscum iocari possis. Nam in huiusmodi rationibus non omnino sed minus absoluta sed infirma re expositio confirmatur.

¶ Item infirma ratio est que [illegible] alii expositioni potest accommodari ut facit Pacuuius qui eandem affert rationem quare caeca ac bruta dicitur fortuna. ¶ In confirmatione uitia multa et uitanda [illegible] et obseruanda et aduersariorum res si mea propterea diligenter considerandum quod complurima confirmatio uitia tam uehementissime approbat argumentatorum. Vitiosum est studiose in confirmatione re duplici conclusione. hoc modo. Iniuria abs te afficior indigna pater. nam si improbum esse Cresphontem existimabas cur me huic locasti in matrimonium? Sin est probus cur talem inuitam inuitum cogis relinquere? quod hoc modo concludunt aut ex contrario conuincent aut ex simplici parte reprehendent. Ex contrario hoc modo. Nulla te indigna o nata afficio iniuria. Si probus est collocaui. sin autem est improbus diuortio libero te ab incommodis. Ex simplici parte reprehendetur si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur hoc modo. Nam si improbum esse Cresphontem existimabas cur me huic locabas in matrimonium? Duxi probum. erraui. post cognoui et fugio cognitum. Et reprehensio huiusmodi conclusionis duplex est. acutior illa superior. facilior haec posterior ad excogitandum.

¶ Item uitiosa confirmatio uitii est cum id quod pluribus rebus sunt aduenire pro certo uno et signo. hoc modo. Necesse est cum pallet egrotasse. aut necesse est peperisse cum sustinet puerum infantem. Nam haec sua sponte certa signa non habent si non cetera quoque similia concurrunt. quae si concurrerint nonnihil huiusmodi signa adiungent suspicionis. ¶ Item uitiosum est quod in alium et in eundem quamuis quod dicitur. id quod in aduersarium potest conuenire hoc modo. miseri sunt qui uxores ducunt. at tu duxisti alteram. ¶ Item uitiosum est quod uulgare habet defensionem. hoc modo. Iracundia deductus peccauit. aut adolescentia aut amore. Huiusmodi enim deprecationes si probabuntur impune maxima peccata dilabentur. ¶ Item uitiosum est cum id pro certo sumitur quod inter omnes non constat quod etiam nunc in controuersia est hoc modo. Eho tu. dii quibus est potestas motus superum atque inferum pacem inter sese conciliant et conferunt concordiam. Nam ita pro suo hic exemplo usus est Cresphontem Ennius induxit. quod

iam et omnibus satis esse id demonstrasse. ¶ Item vitiosum est quod quasi
secus atque acta neget dici in dicto. hoc modo. Si in ingratum meum si
merito quaeritis, non quievisse vir huc locum res mereret. Nam
hic autem hic sensissem sed me tum hic non fugit. ¶ Item vitiosum
est id quod in capite defecto positum est. in aliqua levi tegatur
defensione. hoc modo. Cum te oportebat omnes florentissimo in
regno ... tunc a deo ... ab omnibus summo periculo solus
ut consiliis paro. ¶ Item vitiosum est quod in alteram partem ad dicendum
sit acceptum, id est commune. ut si quis potest ac furiosum in con-
tione despici. satius esse uti regibus quam uti malis legibus. nam hic
tum est et regi augendo quam prospere malivola dici in potestate potentia
eum quod dicat non debeat sed atroci suspicione. ¶ Item vitiosum est pluris a
vulgaribus diffinitionibus uti. Falsae sunt huiusmodi. ut si quis dicat iniuriam esse
nullam nisi quae ex pulsatione aut convitio constet. Vulgares sunt
quae nihilominus in aliam rem transferri possunt. ut si quis dicat.
Quadruplator ut breviter dicam capitalis est. est enim improbus et pestifer
civis. Nam nihilominus quadruplatoris quam furis ... et sicarii
ad potestas attulit diffinitionem. ¶ Item vitiosum est pro argumento
sumere id quod in disquisitione positum est. ut si quis quem furti arguat
dicat eum esse hominem improbum, avarum, fraudulentum. ei rei testem
esse quod sibi furtum fecerit. ¶ Item vitiosum est controversiam controversia
solvere. hoc modo. Non convenit censores istum nobis satisfacere quod
dicit se non potuisse adesse ita ut iuratus fuerat. quasi ad exer-
citum non venisset, idem ne tribunus militum diceret. Hic eo vitiosum
est quod non expedita nec iudicata res sed impedita et in simili controversia
posita exempli loco profertur. ¶ Item vitiosum est cum id de quo
summa controversia est parum expeditur et quasi transactum sit relinquitur.
hoc modo. Aperte fatetur dicto si intelligatis: cui dederit arma iubet
qualis fuit ille qui gessit et iubet potius se studeamus primo.
quam ego mea postulator esse. ne ut ipsum est sum secundus armis
in ... iudicatur. vel quia principi et qui ... aemulis sim.
¶ Item vitiosum est cum ipsum sibi in oratione sua dissentire et contra eam quam an-
te dixerit dicere. hoc modo. Qua causa accusem hunc in eo disputando
evolvere. Nam si vereor quod cum accusem ... est probus si inveniendum
ad ingenium possedit. quod cum accusem quod id parum audito
confirmet. Non ... videtur se ostendisse quare non
accusaret. Quid postea? quod autem ... te a summo ...
quaerens. ¶ Item vitiosum est quod contra iudicis voluntatem
aut eorum qui audiunt. si aut partibus illi student aut homines
quos illi caros habent laedat. aut aliquo huiusmodi vitio laedat
auditoris voluntatem. ¶ Item vitiosum est non omnes partes confirmare
quas pollicitus sis in expositione. ¶ Item cavendum est ne de alia
re dicatur cum alia de re controversia sit. inque huiusmodi vitio con-
siderandum est ne aut ad rem addatur quid aut quippiam de re detra-
hatur. aut tota causa mutata in aliam causam derivetur. ut apud Pacu-
vium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de musica
inducta est, disputatione in sapientiae rationem et virtutis utilitatem consumitur.

Item considerandum est ne aliud accusatoris criminatio contineat. aliud defensoris
purgatio purget. quod sepe consulto multi ab reo faciunt angustiis
cause coacti. ut si quis cum accusetur ambitu magistratum petisse ab
imperatoribus sepe numero dicat apud exercitum donatum esse. hoc si diligenter
in oratione adversariorum observavimus. sepe deprehendemus eos de ea re quod
dicant non habere; Item vitiosum est artem aut scientiam aut studium
quodpiam vituperare propter eorum vitia qui in eo studio sunt. veluti qui
rethoricam vituperant propter alicuius oratoris vituperandam vitam. Item
vitiosum est ex eo quod crimen factum constet esse. putare ostendi a quo homine
factum sit. hoc modo. mortuum. deformatum. tumore preditum decoloratum constat
fuisse. ergo veneno necatus est. deinde si sit in eo usque adeo occupatus
ut multis faciat venenum datum vitio non mediocri conflictatur.
Nam non factumne sit queritur. sed a quo factum sit. Item vitiosum
est in comparandis rebus alteram rem efferre. de re altera non facere mentionem
aut negligencius disputare. ut si comparetur utrum satius sit populum frumentum
accipere an non. que commoda sint in altera re curet enumerare que incommoda in
altera et que velit deprimere pretereat. aut ea que minima sint dicat. Item
vitiosum est in rebus comparandis necesse putare alteram rem vituperari cum
alterius laudes. quod genus. si queratur utrum maior honor habendus sit
Albensibus aut Vegentinis. qui reipublice et populo Romano profuerint. et his
qui dicit alteros ledat. non enim necesse est si alteros preponas alteros vituperes.
fieri enim potest ut cum alteros magis laudaveris aliquam alteris partem laudis
attribuas. ne cupide pugnasse contra veritatem putaveris. Item
vitiosum est de nomine et vocabulo controversiam struere. quam
rem consuetudo optime potest iudicare. velut Sulpicius qui intercessit
quibus dicere causam non licuisset reducerentur. idem postmodum immutata
voluntate cum eandem legem ferret aliam se ferre dicebat propter nominum
commutationem. nam non exules sed vi eiectos se reducere aiebat. proinde
quasi id fuisset in controversia quo illi nomine appellarentur a populo Romano.
aut quasi non omnes quibus aqua et igni interdictum est exules appel-
lentur. Verum illi fortasse ignoscimus si cum causa fecit. nos tamen
intelligamus vitiosum esse intendere controversiam propter nominum mutacionem;

Quoniam exornatio constat ex similibus et exemplis et iudicatis
et amplificationibus et rationibus et rebus que pertinent ad exaugendam et
collocupletandam argumentationem. que sint his rebus vitia con-
sideremus. Simile vitiosum est quod ex aliqua parte dissimile est. nec
habet parem rationem comparationis. aut sibi obest qui affert. Exem-
plum vitiosum est. si aut falsum est ut reprehendatur. aut improbum
ut non sit imitandum. aut maius aut minus quam res postulat.
Res iudicata vitiose profertur. si aut dissimili de re. aut ea de
re qua de controversia est. aut si improba. aut eiusmodi. ut plures
aut magis idonee iudicate ab adversariis proferri possint. Item
vitiosum est id quod adversarii factum esse confiteantur de eo argumentari
et planum facere quod constet factum esse. nam id tamen augeri oportet.

Iste introitus est ad augendum quod grauiter dicitur. ut si is qui arguit hominem occidisse, et cum satis idoneas argumentationes attulerit, augeat peccatum et dicat nichil esse indignius quam hominem occidere, et non [illegible] nec dignum eum [illegible] si fecerit sit [illegible]. ¶ Complexio introitus est quando non contrarium quod primum sit dictum primum complectitur. et ad idem [illegible] concluditur. et quando non ex enumeratione terminum conclusionis aliquis relinquit ut intelligatur quod propositum in argumentatione sit. quod deinde [illegible] quando confirmative quando vero argumentative demonstratum. — [illegible] Tul. Rhet.

Conclusionis partes sunt tres. Enumeratio. indignatio. conquestio. ¶ Conclusiones autem que apud Grecos epilogi nominantur tripertite sunt. Nam constant ex enumeratione, amplificatione, et conquestione. ¶ Enumeratio et alios monet et fidem facit. Nam cum constiterit quod dictum sit, fidem habet. cum non omnia continuat [illegible] sed colligit, alios monet. ¶ Enumeratio est per quam colliguntur et commonentur quibus de rebus verba fecimus breviter, ut renovetur non redintegretur oratio, et ordine [illegible] cum dictum restituimus, ut auditor si memorie mandaverit ad id quod ipse meminerit reducatur. ¶ Itaque cavendum est ne aut ab exordio aut narratione repetatur enumeratio orationis. Similiter enumerationis sumenda est [illegible]. Deinde ordine exponendum [illegible] sunt quam tantummodo erunt in confirmatione et confutatione.

¶ Hec enumeratio dicitur quasi [illegible] earum que dicta sunt colligi debent. neque [illegible]. tum enim [illegible] [illegible] est si [illegible] indicat. ¶ Itaque superiorum repetitio variandi est. variatur in modis tribus. Summa enim res quas dixisti breviter perstringas et colligas quod quidem fieri facile est. Aut si [illegible] audientium renovetur quas partes in partitione proposuisti, et quibus rebus unamquamque partem confirmasti. Aut si interroges iudices quid amplius velint [illegible]. [illegible] hoc et hoc docuimus, [illegible] hoc et hoc plane fecimus. ¶ Aliter hic [illegible] per [illegible] argumentationum repetitionem vel confirmationem. Nunc etiam per [illegible] argumentationum reprehensionem [illegible]. ¶ Deinde hec pars enumerationis [illegible]. [illegible] aut aliena persona facienda sunt. aut a suppositione, id est absente. ¶ Supposite in persona accommodatur oratio si dicatur [illegible] quod si legis scriptor assistat et querat a vobis quid dubitetis, quid possetis dicere, cum vobis hoc et hoc sit demonstratum. ¶ Hic etiam sic accommodatur oratio si ad legem vel locum vel urbem vel monumentum

Vt peroratio moveat ad [illegible] ad [illegible] ad miseriam ad fidem.

Enumeratio igitur est per quam res disperse et diffuse dicte unum in locum coguntur, et reminiscendi causa unum sub aspectum subiciuntur.

Iam a re [illegible] [illegible] [illegible].

aliquid accipiat oratorem permouere possit. Et si leges loqui possent
nonne hec apud vos quererentur. Quam amplificationem deinde inde
ceteri vobis hec et hec planum sit. Nam et in hiis enumera-
tionibus que aut apposite proponere aut acriter [illegible] ita ut in ea
proponat. illa omnia enumerationum genera variandi sunt. ut nunc
singillatim sicut [illegible] argumenta percurrantur. nunc partitionis
misso sive vobis recipiendi sit. nunc interrogatio ad uniuersos
faciendis. nunc et [illegible] aduersariorum argumentationum copula-
da collatio. [illegible] Commune. i. hoc est in enumeratione proprium. ut
ex unaquaque argumentatione. quod satis non potest recenseri. unumquodque
quod validissime deligatur. ut memoriam moneat. non orationem repetit
oratio. Commune igitur proprium hoc erit ad enumerationem. ut ex una
quaque argumentatione. quod totum dici non potest. deligantur que
erit firmissimum. et unumquodque quam breuissime transeant. ut memoria
non oratio renovata videatur. ¶ Indignatio
est oratio per quam conficitur aut in aliquem hominem magnum odium
aut in rem grauis offensio concitatur. Indignatio et conquestio
tantum modo inuicem conueniunt. indignatio est iram. ad misericordiam
conquestio. Vtraque istarum locis sive partibus quibus argumentatio [illegible]
conficitur ideo est conclusionis parte [illegible] negotio. Ex hiis
in causis communes et veniales. Nam indignatio propria uelut
accusatoris est. ut iram in reum suscitet. Conquestio uelut
propria defensoris est. ut in reum suscitet misericordiam. Sed in indig-
natione et conquestione apud primos agentem competere probabunt. utraque
tamen ab utroque fieri commode. nam accusator iram in reum
misericordiam in parte sua suscitare debet. Et cum defensor miseri-
cordiam per se. iram non in accusatorem suscitare debebit. hec
tamen faciendo quadruplici causa ab utroque et per se argumentum
confirmatur. aduersariorum reprehenditur. Nam in indig-
natione et conquestione in debet conuenire [illegible] propria [illegible]
[illegible] possit. dat tamen sic locos [illegible]
locorum. indignationis. xv. conquestionis. xvi. Hec uel
locorum ipsorum ordo moneat [illegible] consequenter [illegible] ordinem
tur. nullus etenim ipse ordine [illegible] est. nullus
[illegible] ad [illegible] ad [illegible] Sed [illegible] loci istius [illegible]
[illegible]
[illegible] ad memoriam [illegible] tollerentur; Iam ipsos
Anl. locos indignationis conficiemus. ¶ Amplificatio
est per locum quendam instigationis auditorum [illegible] Loci
[illegible]
[illegible] ¶ Primus locus sumitur ab auctoritate. cum commemo-
ramus quante cure ea res fuerit diis immortalibus. aut
maioribus nostris. regibus. ciuitatibus. nationibus. hominibus sapientissimis

senatui. Item quot modis maxime de hiis rebus legibus sanc-
tum sit; ¶ Secundus locus est cum consideramus illas res de qui-
bus agitur ad quos pertineant, utrum ad omnes vel ad maiorem
partem quod atrocissimum est; an ad superiores quorum similes hii sunt
cuius loci agitur quod indignissimum est; an
ad pares hoc est in eodem animo corpore fortuna positos
quod iniquissimum est; an ad inferiores qui hiis rebus omnibus
antecelluntur, quod superbissimum est. ¶ Tertius locus est quo
percontamur i. querimus quid sit eventurum si idem ceteri
faciant. Et ea re neglecta quid periculi atque incommodi
consequatur. ¶ Quartus locus est quo demonstramus si hu-
ic sit permissum multos alacriores ad maleficium futuros quod
adhuc expectatio iudicii remoratur. ¶ Quintus locus est
cum ostendimus si semel aliter iudicatum sit nullam rem fore
que incommodo mederi aut errorem iudicum corrigere possit.
Quo in loco non incommodum erit uti ceterarum rerum comparatione.
ut ostendamus alias res posse aut vetustate sedari aut
consilio corrigi. huius rei aut leniende aut corrigende nul-
lam rem adiumento futuram. ¶ Sextus locus est cum
ostendimus ex consulto factum. Et dicimus voluntario facinori
nullam esse excusationem. imprudentie iustam deprecationem
[illegible]; ¶ Septimus locus est cum ostendimus tetrum facinus
crudele, nefarium, tyrannicum esse. quod genus iniuria mulierum
aut eorum aliquid quarum rerum causa bella suscipiuntur et cum
hostibus de vita dimicatur; ¶ Octavus locus est quo osten-
dimus non vulgare sed singulare esse maleficium spurcum,
nefarium et inusitatum. neque ab audacissimis quidem hominibus
factitatum, atque a feris quoque hominibus et barbaris gentibus et imma-
nibus bestiis esse remotum. quo maturius et atrocius vindicandum
est; ¶ Nonus locus constat ex peccatorum comparatione. quasi cum dicemus
maius esse maleficium stuprare ingenuum quam sacrum legere.
quod alterum propter egestatem. alterum propter intemperantem superbiam
fiat. ¶ Decimus locus est per quem omnia que in negotio gerendo
acta sunt. queque rem consequi solent exputamus acriter
et criminose et diligenter. ut agi res et geri negotium in
deatur rerum consequentium enumeratione; ¶ Undecimus
locus est per quem ostendimus ab eo factum a quo minime opor-
tuit. et a quo si alius faceret prohiberi conveniret;
¶ Duodecimus locus est per quem indignamur quod nobis hoc primis
acciderit. neque alicui umquam usu venerit. ¶ Tertius de-
cimus locus est si cum iniuria contumelia iuncta demonstratur.
per quem locum in superbiam et arrogantiam odium concitatur.
¶ Quartusdecimus locus est per quem petimus ab hiis [illegible]

qui audiunt. ut ad vos [illegible] iniurias [illegible]. si ad pueros
pertinebit. de libris suis cogitet. si ad mulieres. de [illegible].
si ad senes. de [illegible] aut de [illegible]. ¶ [illegible] decimus locus
est [illegible] ... cum qui [illegible] audiunt ...
[illegible]. Et indignacio ... [illegible] ... [illegible]
[illegible]. [illegible] ... decet. [illegible] ...
in [illegible]. nec [illegible] ... non [illegible]. sed [illegible]
[illegible] ... sed [illegible] indignacio ... moveat.
[illegible] ... aliquo loco [illegible] ... [illegible]
[illegible] debemus. [illegible] ... incipit ... [illegible]
[illegible] valet. ¶ Conquestio est oracio auditorum mi-
sericordiam captans. decimus [illegible] ... ut animos au-
ditorum ad [illegible] moveat. [illegible] ... [illegible].
[illegible] ... non ... [illegible] ... sed [illegible] locus
ad [illegible] ... per [illegible] ... ¶ [illegible]
debet esse [illegible] ... loci et indignacionis [illegible]. Et
[illegible] ... [illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible] ... [illegible]
[illegible] misericordiam; ¶ In conquestione primum animum auditoris
mitem et misericordem [illegible] oportet. quo facilius conquestione com-
moveri possit. [illegible] ... oportebit. per [illegible] fortune
vim in omnes et hominum infirmitates ostendere. Qua oracione habita
[illegible] ... demittetur animus hominum et ad misericordiam
[illegible]. [illegible] ... suam infirmitatem considerabit;
¶ Deinde primus locus est misericordie per quem ostenditur in quibus bonis
[illegible] ... [illegible] ... [illegible];

¶ Secundus per quem
[illegible] ... [illegible] ... ostenditur. [illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]; ¶ Tercius per quem
[illegible] ... ut in morte filii. pueritie de-
[illegible] ... [illegible] ... et
[illegible] per [illegible] patrem; ¶ Quartus per quem res
[illegible] ... [illegible] ... et indigne [illegible]
[illegible] ... honore [illegible] ... [illegible]
[illegible]; ¶ Quintus per quem omnia ante oculos singillatim
[illegible] ... ut videatur [illegible] audit videre. et
re [illegible] ... non [illegible] ... [illegible];
¶ Sextus per quem demonstramus nos [illegible] in miseriis
esse. [illegible] ... non [illegible] ... non [illegible] esse.
[illegible] ... [illegible]; ¶ Septimus per quem ad [illegible]
qui audiunt [illegible] ... et petimus ut de [illegible]
[illegible] aut parentibus aut aliis [illegible] ... esse. nos
[illegible] ... [illegible]; ¶ Octavus [illegible] per quem [illegible]
[illegible] ... non [illegible] ... [illegible] oportuit.
[illegible] ... non [illegible] ... non [illegible] audire.

[illegible] vestium sermonem accipi. Hic animi eorum moventur [illegible]
e. [illegible] inspicitur. a [illegible] vehementer [illegible]
[illegible] in morte [illegible]; Nonus. per quem oratio ad mutas
et ad expertes animi res refertur. ut si ad equum. domum.
vestem sermonem alicuius accommodes. quibus animus eorum qui audiunt
et aliquem dilexerunt vehementer commovetur; Decimus. per
quem inopia. infirmitas. solitudo demonstratur;
Undecimus. per liberorum aut parentum aut sui corporis sepeliendi
aut alicuius eiusmodi rei commendatio fit. Duodecimus. per quem
disiunctio deploratur ab aliquo. cum diducaris ab eo quicum li-
bentissime vixeris. ut a parente filio. a fratre familiari. Tertiusde-
cimus. per quem cum indignatione conquerimur. quod ab hiis a quibus mini-
me conveniat male tractemur. propinquis. amicis. quibus benigne
fecerimus. quos adiutores fore putaverimus. aut a quibus indignum
est. servis. libertis. clientibus. supplicibus. Quartusdecimus.
qui per obsecrationem sumitur. in quo orantur alii qui audiunt humili
et supplici oratione. ut misereantur. si supplicaverimus [illegible] nos
[illegible] misericordiam [illegible] subveniant.
Quintusdecimus. per quem non nostras sed eorum qui cari nobis debent
esse fortunas conqueri nos demonstramus. Sextusdecimus.
per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus. et tamen am-
plum et excelsum et patientem incommodorum esse et futurum esse
si quid acciderit demonstramus. Nam saepe virtus et magnificentia in qua
gravitas et auctoritas est plus proficit ad misericordiam commovendam
quam humilitas et obsecratio; Commotis autem animis diutius
in conquestione morari non oportebit. Nichil enim lacrima citius
arescit; Hec extrema parte orationis i. conclusionem
que et peroratio dicitur. idem Tullius in alio opere collocat ad
amplificandum coloribus verborum et sententiarum. et locis incrementorum
augmentorum i. fidei faciende. sicut filio suo exposuit.
Extrema autem pars orationis posita in perorando est. cuius perorationis
partes due sunt. amplificatio et enumeratio. Augendi autem
causa hic est primus locus in perorando. et in cursu ipso orationis de-
clinationes ad amplificandum dicuntur confirmata aliqua re aut
reprehensa; Est igitur amplificatio gravior quedam affirmatio
que motu animorum conciliat in dicendo fidem; Et ea tum
verborum genere conficitur et rerum; Verba ponenda sunt que vim habeant
illustrandi nec ab usu sint abhorrentia. gravia. plena. so-
nantia. iuncta. facta. cognominata. non vulgata. superlata.
in primisque translata. nec in singulis verbis sed in continentibus
soluta que dicuntur sine coniunctione ut plura videantur. Augent
etiam relata verba iterata. duplicata. et ea que ascendunt
gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. omninoque semper
quasi naturalis et non explanata oratio. sed gravibus vestita verbis ad
augendum accommodatior. Hec igitur in verbis quibus actio i. vocis

et gestus congruens et acta ad motus animorum accommodate. Sed in utris et arte et est tenenda et pro re agenda. Rerum amplificatio sumitur eisdem ex locis omnibus quibus illa que dicta sunt ad fidem. maximeque diffinitiones valent conglobate et consequentium frequentatio et contrariarum et dissimilium et inter se pugnantium rerum conflictio. et causae et ea que sunt de causis orta. maximeque similitudines et exempla. ficte etiam persone. muta denique loquantur. omnino quae sunt adhibenda si causa patitur que videntur magna; quorum est duplex genus. alia enim magna natura videntur alia usu. natura ut celestia. divina. et ea quorum obscure cause. ut in terris mundoque admirabilia. que si attendas ad augendum permulta suppetunt. usu que videntur hominibus aut prodesse aut obesse vehementius. Quorum sunt genera ad amplificandum tria. Nam aut caritate moventur homines ut deorum. ut patrie. ut parentum. aut amore ut fratrum. ut coniugum. aut liberorum. ut familiarium. aut honestate ut virtutum. maximeque earum que ad communionem hominum et liberalitatem valent. Ex his et cohortationes sumuntur ad ea retinenda. et in eos a quibus ea violata sunt odia incitantur. et miseratio nascitur. Proprius locus est augendi in his rebus aut amissis aut amittendi periculo. Nichil est enim tam miserabile quam ex beato miser. et hoc totum quidem moveat si a bona fortuna quis cadat. et a quorum caritate divellatur. que amittat aut amiserit. in quibus malis sit futurusve sit exprimatur breviter. Cito enim arescit lacrima. presertim in alienis malis. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est. minuta est enim omnis diligentia. Hic autem locus grandia requirit. Illud autem est iudicii quo quoque in causa genere utamur augendi. In illis enim causis que ad delectationem exornantur. hi loci tractandi sunt qui movere possunt expectationem. admirationem. voluptatem. In cohortationibus autem bonorum et malorum enumerationes et exempla valent plurimum. In iudiciis accusatori fere que ad iracundiam. reo plerumque que ad misericordiam pertinent. nonnumquam tamen accusator misericordiam movere debet. et defensor iracundiam. Enumeratio reliqua est nonnumquam laudatori. suasori sepius. accusatori sepius quam reo necessaria. Huius tempora duo sunt. si aut memorie diffidas eorum apud quos agas. vel intervallo temporis vel longitudine orationis. aut frequentatis firmamentis orationis breviter expositis vim est habitura causa maiorem. Et reo rarius utendum est. quod ponenda sunt contraria. quorum dissolutio in brevitate lucebit. aculei pungent. Sed erit in enumeratione vitandum. ne ostentatio memorie suscepta videatur esse puerilis. id effugiet qui non omnia minima repetet. sed brevia singula attingens pondera rerum ipsa comprehendet.

Quemadmodum omnia [illegible] tractare conveniat. Scilicet iudicialem cum lite et contentione consistat. Scilicet in [illegible] appellatur [illegible] [illegible] id est in [illegible] demonstrativa in [illegible] petere in lite disceptatione [illegible] iudicare. Secundo de deliberativa de suadendo et dissuadendo in consilio sententiam dicendi. Tertio demonstrativa id est laudandi vituperandive ratio.

Ja Tul.

Tria sunt initio dixi causarum genera in quibus oratoris ars et facultas versatur. unum iudicium quod in parti disceptatione consistit. deliberationis alterum quod in persuasione positum est. tertium demonstrationis id est laudationis vel vituperationis. Verumtamen omnis causa et iudicialis et deliberativa et demonstrativa necesse est in aliquo constitutionis genere uno vel pluribus versetur. Sive enim in iudiciali sive in deliberativa sive in demonstrativa necesse est aut coniecturalem aut finitivam aut iuridicialem incidere constitutionem. In omnibus igitur causis tres sunt gradus. vel quod obicitur factum infitiari vel neges eam vim habere atque esse quod adversarius comminetur vel si neque de facto neque de facti appellatione ambigi potest id quod arguere neges tale esse quale ille dicit et rectum esse quod feceris concedendum ut defendas. Ita primus ille status coniecturalis conflictu cum adversario coniectura quadam. secundus autem diffinitione atque informatione verbi. tertius aequi et recti et veri et humani ad ignoscendum disputatione tractandus est. Et quia quidem de omnibus his quibus generaliter in superioribus praecepta sunt. nunc autem separatim alie tractande sit cuiusque generis diverse praeceptiones. nam ipsa quia causarum propter suos fines diversos diversa praecepta desiderant. Cum iudicialis habeat aequitatem. demonstratio honestatem. deliberatio honestatem et utilitatem. Aliud enim laudatio. aliud vituperatio. aliud sine dictio. aliud accusatio aut recusatio conficere debet.

Unde nunc specialiter de constitutionibus dicendum est quemadmodum ad omne causarum genus inventionem rerum accommodari conveniat.

In causa coniecturali narratio accusatoris suspiciones interiectas et dispersas habere debet. ut nihil actum nihil dictum nusquam ventum aut abitum nihil denique factum sine causa videatur. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis. Huius constitutionis ratio in sex partes est distributa. probabile. collationem. signum. argumentum. consecutionem. approbationem. Probabile est per quod probatur expedisse reo peccare et a simili turpitudine numquam hominem abfuisse. Id dividitur in causam et in vitam. Causa est quae induxit eum ad maleficium commodorum

Quidam in itinere quendam proficiscentem ad mercatum et secum aliquantum nummorum ferentem est comitatus. Cum hoc ut fere fit in via sermonem contulit; ex quo factum est ut illud iter familiarius facere vellet; quare cum in eandem tabernam devertissent simul cenare et in eodem loco somnum capere voluerunt. Cenati discubuerunt ibidem. Caupo autem nam ita dicitur post inventum cum in alio maleficio deprehensus esset. cum illum alterum videlicet qui nummos haberet animadvertisset. noctu postquam illos arte iam ex lassitudine dormire sensit. accessit. et alterius eorum qui sine nummis erat gladium propter appositum e vagina eduxit. et illum alterum occidit. nummos abstulit. et gladium cruentum in vaginam recondidit. ipse se in suum lectum recepit; Ille autem cuius gladio occisio erat facta multo ante lucem surrexit. comitem illum suum inclamavit semel et saepius. Illum somno impeditum non respondere existimavit; ipse gladium et cetera quae secum attulerat sustulit. solus profectus est. Caupo non multo post conclamat hominem esse occisum et cum quibusdam deversoribus illum qui ante exierat consequitur. In itinere hominem comprehendit. gladium eius e vagina educit. reperit cruentum; homo in urbem ab illis deducitur ac reus fit. In hac intentio est criminis. occidisti. depulsio. non occidi. Ex quibus constitutio est id est quaestio eadem in coniecturali quae iudicatio. occideritne.

dorum spe aut incommodorum evitatione. Commodorum spe ita si quid
eiusmodi maleficio appetierit. num honorem. num
pecuniam. num dominationem. num aliquam cupiditatem amoris aut
eiusmodi libidinis voluit explere. aut incommodum
evitavit. inimicitias. infamiam. dolorem. supplicium. Hic ac-
cusator in spe commodi cupiditatem ostendet adversarii. in evi-
tatione incommodi formidinem augebit. Defensor autem nega-
bit fuisse causam si poterit. aut eam vehementer extenuabit.
Deinde iniquum esse dicet omnes ad quos aliquid emolumenti
ex aliqua re pervenit in suspicionem maleficii devocari.
Deinde vita hominis ex ante factis spectabitur. Hic primum
considerabit accusator num quando simile quid fecerit. Si
id non reperiet quaeret num quando in similem venit suspicionem.
Et in eo debebit esse occupatus. ut ad eam causam peccati quam
paulo ante exposuit vita hominis possit accommodari.
Hoc modo. Si dicet pecuniae causa fecisse. ostendit eum semper
avarum fuisse. si honoris ambitiosum. ita poterit animi
vitium cum causa peccati conglutinare. Et si non poterit
animi vitium par cum causa reperire. reperiat dispar. Si
non poterit avarum demonstrare quem pecuniae causa dicet fecisse.
demonstret corruptorem vel perfidiosum si quo modo poterit. Denique
aliquo aut quam plurimis vitiis contaminabit personam. Deinde
qui illud fecerit tam nequiter. eundem hunc tam perperam
fecisse non esse mirandum. Si vehementer castus et integer
existimabitur adversarius. dicet facta non famam spectari
oportere. Illum ante occultasse sua flagitia. se planum
facturum ab eo maleficium non abesse. Defensor primum
demonstrabit vitam integram si poterit. si id non poterit
confugiet ad imprudentiam. stultitiam. adolescentiam. vim.
persuasionem. quibus de rebus vituperatio eorum quae erant ex
id crimen non debeat assignari. Si vehementer hominis
turpitudine impedietur et infamia. prius dabit operam ut
falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente. et utetur
loco communi rumoribus credi non oportere. Si nihil eorum
fieri potest utatur extrema defensione. dicat se non de moribus
eius apud censores. sed de criminibus adversariorum apud iu-
dices dicere. Collatio est cum accusator id quod
adversarium fecisse criminatur alii nemini nisi reo bono
fuisse demonstrat. aut alium neminem potuisse perficere
nisi adversarium. aut eum ipsum aliis rationibus aut non potuisse
aut non aeque commode potuisse. aut eum fugisse alias

rationes comodiores ipi cupidi. hic loco defensor demonstret
eum aut alios quos fuisse bonos. aut alios quos id conpi inste
similiter facere potuisse. Signum est per quod ostendit
idonea perficiendi facultas esse quesita. Id dividitur in partes
sex. Locum. tempus. spatium. occasionem. spem perficiendi. spem
celandi. Locus queritur celebris an desertus. si desertus an semper
an id fuerit, eo loco solitudo sit. sacer an prophanus.
publicus vel privatus fuerit. cuiusmodi loci attingunt. num quis
presens exauditus esse possit. horum quid reo quid accusatori
conveniat perscribere non gravemur. nisi facile quivis ea sine
ea posset iudicare. Initia enim inventionis ab arte debent
proficisci. cetera facile comparabit consuetudo; Tempus quod queritur
qua parte anni qua hora noctu an interdiu et qua die et noctis
hora noctis factum esse dicatur et cuiusmodi temporibus; Spatium ita
considerabitur. satisne longum fuerit ad eam rem transigendam.
Scieritne et potuerit ne satis spatium futurum ad id per
ficiendum. Nam parum refert satis spatium fuisse ad perficien
dum. si id ante sciri et ratio provideri non potuit. Occasio
queritur idonea ne fuerit ad eam rem adoriendam. an alia
melior quam aut praeterita sit aut non expectata; Spes perficiendi
quam fuit spectabitur hoc modo. Si que supra dicta sunt signa
convenient. si praeterea ex altera parte vires. pecunia. consili
um. scientia. apparatio videbitur fuisse. ex altera. imbecillitas.
inopia. stultitia. imprudentia. inapparatio. demonstrabitur fuisse
quare sciri potuit utrum diffidendum an confidendum fuerit;
Spes celandi quam fuit queritur ex consciis. arbitris.
adiutoribus. liberis aut servis aut utrisque; Argumentum
est per quod res coarguitur certioribus argumentis et ma
gis firma suspicione. Id dividitur in tempora tria. preteritum.
instans. consequens. In preterito tempore oportet considerare. ubi
fuerit. ubi visus sit. cum quo visus sit. num quid appara
verit. num quem convenerit. num quid dixerit. num quid habuerit de conscii
s de adiutoribus. de adiumentis. num quo in loco praeter consuetudinem
fuerit aut alieno tempore. In instanti tempore queritur. num vi
sus sit cum faceret. num quid strepitus. clamor. crepitus ex
auditus aut denique num quid ab aliquo sensu perceptum
sit. aspectu. auditu. tactu. odoratu. gustu. nam quivis
horum sensus potest conflare suspicionem; In consequenti tempore
spectabitur. num quid re transacta relictum sit quod
indicet aut factum esse maleficium aut a quo sit factum. factum esse
hoc modo. Si tumore et livore decoloratum corpus est mortui
significat eum veneno necatum. A quo factum sit hoc modo. Si telum
si vestimentum si quid eiusmodi relictum sit. aut si vesti

qui rei repertus fuerit. si reus in vestimentis. si in eo loco deprehensus
aut visus in furto negotio quo in loco res gesta dicitur;
¶ Consecutio est cum quaeritur quae signa nocentis et innocentis conse-
qui soleant. hic accusator dicet si poterit. adversarium cum
ad eum ventum sit erubuisse. expalluisse. titubasse. incon-
stanter locutum esse. concidisse. pollicitum esse aliquid. quae signa
conscientiae sint. ¶ Si reus nihil horum fecerit. accusator dicet eum
usque adeo praemeditatum fuisse quid sibi esset usu venturum
ut confidentissime resisteret et responderet. quae signa confidentiae
non innocentiae sunt; ¶ Defensor si pertimuerit. magnitudine
periculi non conscientia peccati se commotum esse dicat. Si non pertimu-
erit fretum innocentia neglexisse commoveri; ¶ Approba-
tio est qua utimur ad extremum confirmata suspicione. Ea habet
locos proprios atque communes. Proprii sunt hi quibus nisi accusator
nemo potest uti. et hi quibus nisi defensor nemo potest uti. Co-
munes sunt qui alias in reo alias ab accusatore tractan-
tur; ¶ In accusatione proprius locus est cum dicit maleficiis
misereri non oportere. et cum auget peccati atrocitatem.
Defensoris proprius locus est cum misericordiam captat et accusa-
torem calumniantem criminatur. ¶ Communes loci sunt tum ab ac-
cusatore tum a defensore. a testibus contra testes. a quaestionibus
contra quaestiones. ab argumentis contra argumenta. a rumoribus
contra rumores. ¶ A testibus dicemus secundum auctoritatem et vitam
testium constantiam testimoniorum. ¶ Contra testes vitae turpitudinem
testium inconstantiam. Si aut fieri non potuisse dicemus aut
non factum esse quod dicunt. aut scire illos non potuisse. aut cupi-
de dicere et argumentari. haec et ad reprehensionem et ad probationem testium
pertinebunt; ¶ A quaestionibus dicemus cum demonstrabimus
maiores veri inveniendi causa tormentis et cruciatu
voluisse quaeri et summo dolore homines cogi. ut quicquid sciat
dicant. Et praeterea confirmatior erit haec disputatio. si quae dicta
erunt argumentando isdem viis quibus omnis coniectura
tractatur trahemus ad verisimilem suspicionem. ¶ Contra
quaestiones hoc modo dicemus. primum maiores voluisse certis in rebus
interponi quaestiones ut ea quae vere dicerentur sciri possent. seu quae
falso in quaestione pronuntiarentur refelli. hoc modo. quo in
loco quid positum sit et si quid eius generis est quod videri aut
aliquo simili signo percipi posset. ¶ Deinde dolori credi non
oportere. quod alius alio recentior sit in dolore. quod ingenio-
sior ad comminiscendum. quod denique scire aut suspicari
possit quid quaesitor velit audire. quod cum dixerit intelle-
git sibi finem doloris futurum. haec disputatio optime proba-
bitur. si refellemus quae in quaestionibus erunt dicta probabili ar-
gumentatione. idque ex partibus coniecturae quas ante exposuimus
facere oportebit; ¶ Ab argumentis et signis et ceteris locis

augetur suspicio dicemus hoc modo. Cum multa concurrunt
argumenta et signa quae inter se consentiunt, rem perspicuam
non suspiciosam videri oportere. Item plus oportere sig-
nis et argumentis credi quam testibus. Haec enim eo modo expo-
ni oportet quo re vera gesta sint; testes corrumpi posse
vel pretio vel gratia vel metu vel simultate. Con-
tra argumenta et signa et ceteras suspiciones dicemus hoc modo.
Primo demonstrabimus nullam rem esse quam non suspicionibus
quivis possit criminari. Deinde unamquamque suspicionem
extenuabimus et dabimus operam ut ostendamus nihilo
magis in nos eam quam in alium quempiam convenire.
Indignum facinus esse sine testibus coniecturam et suspi-
cionem firmamenti satis habere. A rumoribus dicemus, si ne-
gabimus temere famam nasci solere quin subsit aliquid,
et si dicemus causam non fuisse quare quispiam com-
[illegible]. ex [illegible] ex tempore. ex [illegible] fecit.
ex causa. [illegible] magna [illegible] parva. [illegible]
difficilia. [illegible] vel [illegible]
ex [illegible] honestate. Ex tempore. [illegible] indigemus.
[illegible] non possent aut mallet [illegible]. si tamen [illegible]
[illegible] deservisset [illegible] sit. Ex [illegible]. si non [illegible]
[illegible]. si eo [illegible] fecit [illegible] ut hoc [illegible] posset.

Ex casu. si non fortuna sed industria sua invenerit. aut si industriae
fortunam obstitisset. In homine autem. quibus rebus meruit.
quid sumptus et periculi aut laboris susceperit. et si quis
aliquis tale fecerit. num alienum laborem aut decorem
bonitatis praemium postulet sibi. num aliquando ipse talem
ob causam aliquem praemio affici negaverit oportere. Aut num
iam satis pro eo quod fecerit honos habitus sit. Aut num
necesse fuerit ei facere quod fecerit. Aut num eiusmodi sit factum
ut nisi fecisset supplicio dignus esset. non quia fecerit praemio.
Aut num ante tempus praemium petit et spem incertam certam
vendat pretio. Aut num quod supplicium vitet eo praemium
postulet. ut de eo praeiudicium factum esse videatur. In
praemio autem quid et quantum et quamobrem postuletur.
et quo et quanto quaeque res praemio digna sit considerabitur.
Deinde apud maiores quibus hominibus et quibus de
causis talis honos habitus sit. Deinde ne is honos nimium
pervagetur. Locus communis. praemia virtutis et officii
sancta et casta esse oportere. neque ea cum improbis communicari
aut in mediocribus hominibus pervulgari. Et alter. minus
homines virtutis cupidos fore. virtutis praemio pervulgato.
quae enim rara et ardua sint. ea expetenda et pulchra
et ornata hominibus videri. Et tertius. si existant qui apud
maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati
sunt. nonne de sua gloria cum pari praemio tales homines
affici videant delibari putent. Et eorum enumeratio
et cum his quos contra dicimus comparatio. Eius autem qui
praemium petit. facti sui amplificatio. eorum qui praemio affecti
sunt cum suis factis contentio. Deinde ceteros a virtutis
studio repulsum iri. si ipse praemio non sit affectus.
Facultates autem considerantur cum aliquid pecuniae praemium
postulatur. in quo utrum copia sit agri. vectigalium.
pecuniae. an penuria consideratur. Loci communes. facultates
augere non minuere oportere. Et impudentem esse qui
pro beneficio non gratiam verum mercedem postulet. Contra
autem pecuniam de pecunia sordide disputari esse cum de gratia de-
beat referenda. Et se pretium non pro facto sed honorem
ita ut factitatum sit pro beneficio postulare. Ac
de constitutionibus quidem satis dictum est. Iul. Vict.

Sunt praeterea genera controversiarum quae versantur in
scripto quae non constitutiones sunt sed status
legales et principales. sed cedunt constitu-
tionibus quae ipsae generales sunt. Ambiguitas.
scriptum et voluntas. leges contrariae. ratioci-
natio et definitio. Ambiguitas etiam

quid sensit scriptor obscurum est. ideo quia duas aut plures res significat.
Cum igitur hec sit scriptura parti utrique communis. primum ut negemus
ambiguum. et doceamus loquentes communi consuetudine. Deinde
ut superiora et inferiora ubi consideremus ex quibus colligimus
quid sit nostra sententia. Deinde coniciamus sententiam eius qui scripsit
sit. ut ex ceteris dictis eius. factis. scriptis. animo atque vita qui
sensit possit intelligi. Deinde consideramus omne scriptum
ne aliquo modo aut nos adiuvet aut impugnet adversarium.
Deinde dicendum id quod adversarius intelligit minus commode
fieri quam quod nos intelligimus. In quo instruemur quanto
utilior res aut honestior perficiatur si id intellectum fuerit quod
adversarius interpretatur. hoc autem aptius fiet si quod nos interpre-
tamur doceamus esse honestum. utile. necessarium. Ex ambi-
guitate sunt de lege hec sunt precepta. ut caveamus ne forte quod
adversarius intelligunt alia lege contrarium sit. Deinde ut di-
camus quemadmodum scribi oportuisset si id sentiret quod adver-
sarius dicit ille qui scripsit. Deinde ut quemadmodum quo modo
scriptum sit ... scriptum est ... intelligitur voluntas scriptoris.
Deinde quasi deliberativo modo tractandum quid utilius aut
honestius sit. Loci quidem utrique parti. si quid per ampli-
ficationem dici possit. Ex scripto et voluntate est cum
alter verbis videtur scripta sentire. alter scriptoris sententiam
interpretatur. et id quod scriptum est ad eos scribentes adiungit.
vero sententia scriptoris dupliciter assistitur. aut enim sic dicitur
scriptum eius unam eandemque esse sententiam. scilicet sensus. aut ...
ut ex facto aut eventu ad tempus interpretanda sit.
Eius qui scripto se tuetur. hec sunt precepta. primum laudes
scriptoris. Communis locus ... nichil a iudi-
cibus spectari oportere nisi scriptum. et magis si legitimum
scriptum sit. Deinde loco debet inducere factum ab adversario.
Deinde comparare cum scripto id quod factum est. Deinde dicere quod
iudex in lege iuratus sit. Deinde interrogare quid
sit quod ex adversa parte dicitur. modus et varius ...
... adversarium ... se ... admi-
ttere interrogare. Et interrogare hoc utrum scriptum neget
esse sic quemadmodum legitur. ab adversario aliud factum sit
quam demonstratur. Nam quidem nichil possit. Deinde concludere. cum
scriptum ... sit. et ab adversario factum. et tamen factum non negetur.
quod summa stultitia sit contradicere. Deinde ...
... scripti frequentes. et quanto sunt cum scripto ...
modo. aut ad tempus ut ... aut ad iudices ...
... Et iudicibus ostendendum est quid sequi iudices
debeant. quid dubii de causa ut sit apud iudices dubi-
tatio. si aut obscure scriptum sit. aut adversarium ali-
quid neget. At hunc utrique manifestum esse. unde iudices
parere legi oportet. non interpretari legem. Si ...

Sunt igitur ambiguum dicentis adversarius propter utrumque. quod adversarius ex ambiguo scripto intelligi dicit esse dictum. aut absurdum aut inutile aut iniquum aut turpe esse defendat. Ea rerum ... contra ... iustum honestum si integre dixerit scriptorem fuisse. si plenius ... quod significari posse dicit. nichil horum ... contra ... stultum ...

Sunt qui arbitrentur ad hanc consuetudinem vehementer ... cognitionem amphibologiarum eam que a dialecticis proferetur. Nos vero arbitramur non modo nullo adiumento esse sed potius maximo impedimento. Omnes enim illi dialectici amphibolias aucupantur eas etiam que ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari. Itaque et alieni sermonis molesti interpellatores et scripti tum odiosi tum obscuri interpretes sunt. et dum caute et expedite loqui volunt infantissimi reperiuntur. Ita dum metuunt in dicendo ne quid ambiguum dicant. nomen suum pronuntiare non possunt. Verum horum pueriles opiniones rectissimis rationibus cum voles refellemus. In presentiarum hoc intercedere non alienum fuit. ut huius infantie garrulam disciplinam contemneremus.

ad eandem spectans dicitur sententiam. ille qui scripto utitur dicit non opor-
tere nos de voluntate querere cum scriptum extet quod indi-
cet eius voluntatem. Deinde incommodum esse si hoc instituatur
ut ab scripto recedatur. Nam nec scriptores quid statuerint
credent esse si debebit interpretationem habere quod scripserint. et in-
dices incertum motum sequentur. si a scripto ceperint re-
cedere. Deinde dicere magis voluntatem eum scriptoris qui
scriptum defendit. quam eum qui interpretetur. Eam enim indicium
esse voluntatis ipsum scriptum. Cum ad tempus accomodari
sententiam dicet adversarius. debet ille qui scripto nititur ne-
gare iustum esse. Et cum aliquis se contra legem fecisse fatea-
tur afferre eum vel tempus vel eventus vel aliam sententiam.
Deinde debet dicere se accusatorem fecisse ut in tanta re
intenderet. factum cum affirmet. nunc reus esset. ut in fe-
cerit quod non liceat facti sui afferrent eum. Post hoc
tres locos debet. nullam in lege causam contra scriptum ac-
cipi. In hac lege non accipi. Hanc causam minime accipi.
In nulla lege causam accipiendam esse. habebit hoc preceptum.
Ne scriptori neque ingenium defuit ad inveniendum omnia.
neque sermo ad perscribendum. si aliquid excipiendum putaret esse.
consuetudinem scriptoribus accipere. hoc probabit si recitet
leges que sint exceptionem. Erit non vehementer. si ex ipsis
scriptoris aliam legem recitet. aut in ipsa lege aliquod
caput inveniat quod excipiat. Deinde quemadmodum definitionem
indicet. quod nichil aliud est causam accipere quam legem
tollere. Idque sit si ea accipiatur que extra legem est. idem extra
scriptum. Deinde omnibus peccandi licentiam dari. si cau-
se accipiantur. et iudicibus errore initio cum ab scripto re-
cesserint. et se causas sciscitatur que scripte non sint. Omnes
cives quod agunt ignoraturos. si ex suo quisque consilio
agent. eamque legi applicet. Postmodum hoc locos indicant.
quod omnes actus rei publice legibus exerceantur. quod hii in
dicent. quod a negotiis suis absint. quod vivere in urbe etiam
quod nullum exercitum aut aliquem eam repatrat. quoniam
tenentur ad iudicandum. abesse possit. nisi eadem causa
veniatur que sit in ipsis legibus instituta. Et si omnis legi-
bus tenentur. iniquum esse adversarios non teneri. Item
pariter mittuntur alium quam iudicium vocant explicaverit. an permit-
tunt iudices ad legem addi eam causam qua se tuetur
adversarius. Et si ipsi non permittant. an ceteris velit ipsi ad-
de. plus sumit. si neque ipsi neque plus permittant addi
causam iniquum esse ut hoc die iam indicetur quod causam cum
legi indeat ascriptam. Indignum esse derogari legi. aut
abrogari legem. aut ex aliqua parte mutari. Deinde
adiungere preterea hodie nichil sine iniquum esse ut illo

timidos et ignavos aliquid de legibus iudicet. Ipse etiam sententie le-
gis tempus. Deinde alicui hanc legem ferat sive se velle. ut si ali-
quid sit contrarium adversarium ne contendat. turpe esse et inuti-
le hoc adversarium dicat. nunc legem qualiscumque sit debere sanciri.
post ipsos si displiceat licentiam contendere. ut vel abroget
vel corrigat legem. Deinde postremo loco concludet. neminem
permissum fuisse de ipsis. ut adversarius hec cum addet ad
legem exceptionem sine auctoritate populi hoc si posset. Deinde si inertie
legibus et accipiat. in hanc legem cum accipi non oportere. hoc
ut plenius possit demonstrari. est quod lex vel scripti commodi ad res
maximas. utilissimas. honestissimas. religiosissimas pertineat.
unde inutile turpe. nefas esse decernere legem cum diligenter
scripta non obtineri. Deinde docendo. quomodo tamen in hac lege
sint comprehensa et excepta que comprehendi. comprehendi tamen in
debeantur. Deinde cum lex. hanc cum accipi non oportere.
In quo ipsi adversarius qui contra scriptum dicet. aliquam equitatem
se tuetur. laborandum est ut doceat illud equum non esse quod
adversarius dicit. Et locus hic contra demonstrabis eum non oportere
ostendi. cum iustum non videatur esse quod dicit. Deinde oste-
ndendum est ad assumptionem qualitatis et per criminis ablatio-
nem vel relationem. ut per hec quod supra dicta sunt. comparationis
quod scripto intenditur. ut per hec quod supra dicta sunt. expresse
et relationis. remotionis. concessionis explicet locos prius
sue. qui utitur contra eum qui se voluntate defendit.
suppeditando cum ex locis assumptive qualitatis. Deinde
vos attendere iubet. et nisi se constituere aut in lege aut in testamento
ita scriptum sit quod scriptum est. ut ex hoc modo non scriptum sit
defendere. cum voluntatem interpretari audeat ille qui scriptum
defendit. Deinde ita querit hoc totum per indicationem. ut
eo quod credatur id quod non creditur concluditur.

Contra scriptum qui dicet. primo dicat eum locum per quem
equitatis causa demonstretur. ut ostendit quod reprehensibile sit illa
in causa adhibet per interpretationem legis. Deinde assumptive partes
constat precepta. Deinde hoc quidem scripta in lege est. si ego
fecit ut professum vel reliqua quod assumptive sunt qualitatis.
Deinde hec in loco est. ducem commorantem sive sic cum restitute
causae exornandum. tum ex his locis sic contra adversarios dicat.
oportere causas accipi. nullam esse legem que aliquam rem
inutilem aut iniquam fieri velit. omnia supplicia culpe et
malicie vindicande esse constituta esse. ipsum scriptorem si hoc
diceret probaret. etiam hoc plurimos. aut si eo tales res ac
de ipsis factos fuisse. hanc deinde verbo suo loco et loci et digne
et etiam. ut non scripta lex scriberet si interpretetur.
ipsum legis scriptorem non turbonis homini ac stultis commisisse scri-
bendum sed. Namque si hoc credatur diligenter eadem exequendi
tunc quidem posuisse ex quibus ea non scripta cognosci possunt
per intellectum voluntatem. Postea docendum est quod si potuisset
tunc aut quod eciam potuisse in quibus in eo excellentia
enim recedendum fuisse a scripto propter vel necessitatem.

l. honestate. deinde leges comprehendere omnia non posse que velint ex-
primi vel comparere sed esse naturaliter in legibus cunctis tractatis ex
legibus. deinde locum hunc debebit exequi. quod nullum genus hominum
nullum scriptum aliquod plane se exprimat aut eloquatur vo-
luntatem. sed semper expectetur ex scriptis reliqua que in vo-
luntate intelligi possunt. Deinde utilitatem et honestatem partes
explicandas sunt [illegible] quibus nos sentiamus et quid adversarii
velint. ut nostrum utile adversariorum inutile demonstretur. Deinde
locum quem debemus iudicare. non licere semper verba sequi [illegible] oportere quia
tenues et obscure sunt note voluntatis. Deinde inducere
definitionem quid sit lex. et sic definire ut hominum voluntas
quam scriptum videatur. ut [illegible] iudices informat legi qui
voluntatem legis interpretatur. Magnum esse officii supplicium
eum qui non aperte contra legem fecit sed ex aliqua re utili-
tatis rei publice. His rebus et verbis tres illi loci applicant
qui sunt communes superioribus [illegible] ut diximus [illegible]
ex aliis legibus. et in hanc legem accipi. et hoc cum ac-
cipi. Alium quem dicere debemus. ubi cum scriptum quem significo
[illegible] possimus [illegible]. ut id [illegible] cum [illegible]
quod nos [illegible] [illegible] [illegible] quale sit [illegible]
ut in scripto videtur. ut ad scriptum applicat voluntatem.
Sed hoc quod voluntate nititur in scripto debet aliquid [illegible]
re quod in [illegible] quod [illegible] voluntati. Id fiet aliquando
in scripto invenit. [illegible] collationem ex eo quod scriptum est. id quod scrip-
tum non est ostendit. Sic si ut in lege [illegible] quia in scripto
invenit. tum de equitate ostendit in suam [illegible] esse plenam
[illegible] et subdat adversario argumentum [illegible]. [illegible] ille
posuit. scriptum in [illegible] sequi debet. cum [illegible] verba cepit
in scripto esse aliquid quod prestet ei voluntati quam instituit.

Postremo sunt hii loci quos [illegible] poterit ex partibus assump-
tive qualitatis. Verum est [illegible] locum eius qui scriptum
defendit. leges ex se intelligi debere. non ex utilitate [illegible]
[illegible]. Deinde [illegible] nichil legibus [illegible] esse debere. Atque
erunt alii loci [illegible] ei qui se voluntate defendit. leges
[illegible] scriptoris esse et utilitate [illegible]. Deinde indignum esse
equitatem [illegible] [illegible] et [illegible] equitas [illegible] voluntate
[illegible]. Loci quos ceteris ex [illegible] partibus [illegible]
parte [illegible] ut aut [illegible] aut [illegible] aut referat aut
[illegible].

Ex contrariis autem legibus controversia nascitur
cum inter se [illegible] leges aut plures discrepare. Erit
ergo [illegible] [illegible]. utrum melior lex sit. [illegible]. ut
magis [illegible] utrum ad res plures pertineat. utrum ad [illegible].
utrum lex posterior sit. melior [illegible] que posterior. ut lex iubeat
utrum [illegible]. Deinde utrum lex penam constituat ei qui non
obtemperet. ut maiorem penam. Deinde utrum lex iubeat ut
vetet. [illegible] est [illegible] legis que vetat [illegible] illa que impe-
rat. [illegible] lex que vetat fortior. [illegible] quia corrigit illa
que aut permittit aut imperat. Deinde considerandum utra lex de

[illegible] aliud [illegible] scriptorem sensisse
videtur quam scripto [illegible]
est [illegible] oppositum [illegible]
[illegible] oportebit. Deinde [illegible]
[illegible] adversario [illegible]. [illegible]
[illegible]. [illegible]
aut scriptum [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] ad
verum scripti sensum [illegible].
hec [illegible] [illegible]
cet [illegible] lege [illegible].
[illegible] [illegible] quam
[illegible] contra sunt [illegible]
[illegible]. [illegible]
defendit. Deinde infirmet defensionem adversarii aliud voluisse et sensisse scriptorem aliud scrip-
sisse. dicat non esse ferendum. [illegible] [illegible] latoris sensum [illegible] a lege explanari. Cur ita
scripsit si ita non sensit. Cur ea que plane scripta sunt neglexerunt. [illegible] scripta
sunt [illegible]. Cur prudentissimos [illegible] viros. [illegible] putet esse [illegible].
[illegible] impedivit scriptorem quominus [illegible] aliud quod adversarius [illegible] exceptum esset ita
dicit se sensisse. Utetur exemplis hiis quibus idem scriptor aut si id non poterit quibus alii
[illegible] [illegible] putarunt exceperunt. Querendum etiam si [illegible] potest inveniri [illegible] non sit exceptum
aut [illegible] lex [illegible] futura [illegible] aut alia [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] adversa-
rii [illegible] [illegible] leges. Deinde [illegible] [illegible] [illegible] legibus de [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Ille autem
qui se [illegible] legis voluntate defendit. in [illegible] [illegible] scriptis. non [illegible] lex. [illegible]
legis [illegible] esse defendit. [illegible] nichil [illegible] lege [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible].
[illegible] ut ex [illegible] [illegible] [illegible] legis interpretaretur. Deinde [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

pte contrarii sit. utrum de omni re an de aliqua. ut lex specialiter scripta sit.
utrum generaliter. melior enim que de speciali re descripta est quam generalis. 7
Deinde considerandum ex qua lege sentencia sit aliquid an non sit vetus sit.
& ex qua sit aliqua tradentes, & hoc omnia in dictum fuerint exemplum
dicit. Deinde unusquisque pro parte qui pro lege sua utitur. ut doceat legem suam
& iustam esse & apertam. adversariorum vero iniustam vel obscuram vel
ambiguam. aut interpretationem collegit quod velint ad habendum aliquid
aut definitionem adversariorum. ut intelligere possit quid in lege sit.
In nostra enim lege omnia esse manifesta. Deinde debemus adiungere
voluntate. ut ad scripti voluntatem quod interpretata consentiat.
dicere eciam oportet. ut adversariorum legis contrarium habeant voluntatem.
Et si fieri potest adversariorum legis ita est interpretando sumus. ut pene ea
cum ipsa lex adversariorum sine interpretacionem probabilis facere vide
atur. ut ambe leges nostre sint partis. vim nostram confirmemus.
adversariorum voluntate. 7 Postremi sunt loci communes qui de le
gibus contentis sunt partis ex utilitate & honestate legum com
munis. Et in magna contencione potest. quod ad maximas res pertinet
videatur. quod sit in contrarie valor. honestior & magis [illegible] 7
C Cum sit inquit due leges inter se discrepant. videndum est primum
num que abrogata vel derogata sit. Deinde utrum leges inter
dissentiant. ut alia iubeat alia vetet. aut ita ut alia
cogit. alia permittit. Infirma enim erit eius defensio. qui negabit
licet se fecisse quod cogetur. cum alia lex permitteret. plus enim
valet sanctio iussione. Item illa defensio tenuis est. cum
ostenditur id factum esse quod ea lex sanxerit. cui lege abroga
ta aut derogata sit. id quod posteriore lege sanctum sit
esse neglectum. 7 Et hec erunt consideranda. Sunt enim due leges
oppositive. relative. collaudative. utrum 7 Deinde considerande
legis enodabimus voluntate. Tercio trahemus ad nostre cause
commodum. 7 Deinde de iuridiciali absoluta sumemus com
munis. & contrarias partes inter utrasque ea fuerunt. De qua parte
iuris superius diximus. 7 C Ex scripto igitur inter se dissen
tiet. tantum servaverisse est & sic inter se sunt plerumque generata
& acta. ut quod paulo ante precepta dedimus ambiguum. Similiter
& scripti. eadem ad hoc genus que tamen referuntur. Nam
quibus locis in ambiguo defendimus eam significacionem
que nos adiuvat. eisdem in contrariis legibus nostra lex
defendenda est. et efficiendum ut alius similium aliorum ubi de
fendimus. 7 C Ratiocinatio vel collectio hec tractatur
in exemplo quod scriptum est. id quod non scriptum est colligitur. Et hec
modos suos quibus comprehenduntur. vel simile in colligimus.
vel quod unum colligimus ex multis. vel in consequens. 7 Tractan
tur autem hec & locos argumentales. primum ut scripti laudem
& confirmemus. 7 Deinde conferimus cum eo facto quod colligimus
ad scriptum 7 Deinde ut simile esse dicamus. 7 Deinde ut si id
equum sit. hoc quod equum esse indicamus 7 Deinde ut dicamus

cur de hoc scripto. cum de alio scriptum non sit. Manifestum fiunt ex
eo quod scriptum est etiam id quod scriptum non sit. et idcirco in
scriptore legis perversissimum esse videatur. Item docebimus in multis
legibus multa preteriri. sed accipi hoc ac si non sint pretermissa. ex his
scilicet que scripta sunt. Hoc dicit qui intuitur collectionem. Contra autem qui con
pugnabit omni laboracione debet ut similitudinem tollat. et
dicat aliud esse in eo quod scriptum est aliud in eo quod adiun
gitur. ac penitus esse dissimile. tunc debet accipi ex eo quod scriptum
est id quod non scriptum est. cum sit multa distancia similitu
dinis apud partes. Ad hec preterea etiam potest [illegible] qui con
collectionem intuitur. ut sepe intuitur aliqua collectio. Ad
hec iungit eisdem argumentis utetur que supra dicta sunt qui
intuitur collectionem. Item non potest [illegible] hoc agit ut omnia
scripto sunt considerari oportere. perlatum omnium [illegible] si scilicet omnes
accipiatur, nichil enim esse pene quod non aliud simile esse in
dicatur. Contra qui contra sunt ab eo qui intuitur sententiam
quod scripto preceptum id quod scripto non est accipi oportere.
deinde neminem posse scriptum complecti universa. Illis tantummodo
bene scribere legem. quam [illegible] iungit ceteris aliud quod pre
tentum intelligere possent. Contra non [illegible] contra eum qui in
collectione intuitur isti sunt. Coniecturam non esse firmum
argumentum. sed esse divinatorum. Deinde stulti esse scriptoris
non omnia que voluerit in lege scribere, hanc quam in eo loco
sint adimat potentiam nec [illegible] pretermittat. sed ut quod pretermissum esse
videatur collectio fit ex aliis. Definitio est cum
scripto verbum aliquod est positum cuius vis queritur. Hec pars
ma legalis [illegible] nulla parte distat a constitutione nomi
nali. ut quod verbum in lege positum est in scriptura aliqua. cum defini
ri [illegible] quod significet quod sit. tunc fit legalis definitio. Tunc p
cipua dicendum eadem reservabimus que supra sunt posita.
Est preterea constitutio translativa. cum causa ex eo pendet. quod
non aut is agere videtur quem oportet. aut quo tempore. qua
lege. quo crimine. qua pena. Hanc autem primo inter
Romanos affert statuere. unde sunt etiam ipsi reprehendens
legalibus statibus applicaverit. Est ergo translatio de quo
[illegible] [illegible]. cum persona. loco. tempore. crimine. pena mu
tatur. vel actione que facta sit. Fit autem in translatione
bus [illegible]. [illegible] aliqua ex [illegible] actionem. petitionem aut exceptionem
habeat quem non oporteat. Item alio modo tempore. loco.
rem alia lege. item alio [illegible] aut agere. Hec le
gibus et moribus. equo et bono reperientur. De quibus dum
[illegible] absolute. ut si quis peculatum accusatur
quod vasa argentea publica de loco privato dicitur surripu
isse. possit dicere. cum definitione sit usus. quod sit furtum.
quod peculatum. furti se agi non peculatum oportere.
Sic hec quod constitutionis proprie hoc sit. quod utrique parti detur.

ut expliret quod fieri solent. a quo per quos. quomodo. quo tempore. quem
admodum egi. quemadmodum indicari. quemadmodum sciri. quid
utrumque ex pluribus iure cognoscitur et debet et tractari. quod
in similibus rebus fieri solent. Aut in iure cautum est id de
qua queritur. an solum sit scriptum an non scriptum. an ad id quod in iure scri-
ptum est id quod simile est applicetur. Item per coniecturam
tractandum. utrum malitia agat aliud et aliud simulet.
an stultitia. an necessitate. Item quis unus est cum tra-
latione. Sicut indicium et premium eius est. quod translatione utitur.
Ex translatione unum locum quis est. perturbari omnia si non
eo pacto agantur quo oportet.

Victorinus

Finitis omnibus preceptis que dicenda fuerunt ad omnes constituciones
et ad omnia genera controversiarum que in legibus sunt [illegible]
in iudiciali genere causarum. nunc ad deliberativum cum demonstrativo

Tullius. Deliberandi partim sui causa generis. ut
generis utrum fieret potius sit. partim generis. ut quid
potissimum fieret sit consideretur. Utrum potius hoc modo. Carthago tollenda
an relinquenda videatur. Quid potissimum hoc pacto. Ut si Hanibal
consulet cum ex Italia Carthaginem accersitur. an in Italia remane-
at. an domum redeat. an in Egiptum profectus occupet Alexandriam.
Item deliberacio partim propter aliquam extrinsecam causam accidit in
deliberacionem consultationem. ut si deliberet senatus bello italico. sol-
verit ne legibus Scipione ut eum liceret ante tempus consulem fieri.
partim per se sunt considerande et magis propter extrinsecam causam veniunt
in consultationem. ut si deliberet senatus bello italico. socios civitate
donet an non. In quibus causis res ipsa faciet deliberacionem. omnis oracio ad ipsam rem accomodabitur. In quibus ex-
trinsecus causa conficiet deliberacionem. in hiis ipsa causa erit adiungenda
aut deprimenda per omnes oraciones eorum qui sententiam dicent.
Et qui sententiam dicet finem sibi conveniet utilitatem proponere.
ut omnis eius oracionis eo adeam conferatur. Utilitas
duas partes continet honestum et commodum. in iudiciali constitucione dividitur.
Utilitas est quod conficit utilitatem a consceptis periculis mitigationem
quibus rebus. hoc distribuitur in vim et dolum. In vis certi-
tur per copias. arma. tormenta. dolus conficitur in pecunia. polli-
citacione. dissimulacione. Honestum res dividitur in rem
et laudabilem. Rectum est quod cum virtute et officio fit. id
dividitur in prudenciam. iusticiam. fortitudinem. modestiam.
Prudencia est rerum bonarum et malarum per omne tempus sciencia.
Iusticia est animi habitus communi utilitate conservata. ut omnibus meritis
tribuat dignitatem. Fortitudo est considerata periculorum susceptio
et laborum perpessio. Modestia vel temperancia est animi ratio res
mutabiles atque inhonestas iniurias ac prudenter dominans.
Evidencie pluribus utimur in dicendo. sed quomodo et in modis
consequimur. cum aliis suppremitur alium cohortemur. Et
sequimur in re cohortabimur cum rei aliqua disciplinabile
sententiam potuimus hic re quo aut qua re quid fieri oportent.

Right margin: cum demonstrativa dicemus. Ad omnem iudicialem cum que
admodum conveniret inveniri oportet accomodari. satis ut
videant arbitror demonstra-
tum. Nunc earum rerum
inveniendarum quae pertinent ad
deliberativas et demonstra-
tivas videamus.

Right margin: [illegible] aliis scriptum. an aliis
[illegible]

Left margin: reverentiam hominis
[illegible]

Left margin: in matrimonium
et ceteris rebus

Et si suadebimus quippiam cuius rei gestae aut partae aut auditae
meminisse possimus habere, quam in re simile id quod volumus
exemplo allato persuadere poterimus. Iustitiae partibus utemur
si aut innocentium aut supplicum misereri dicemus oportere.
Si ostendemus bene merentibus gratiam referri convenire. Si de-
monstrabimus ulcisci male meritos oportere. Si fidem magno-
pere censebimus conservandam. Si leges et mores civi-
tatis egregie dicemus oportere servari. Si societates atque
amicitias studiose dicemus convenire. Si quod in parentes, in
deos, patriam natura comparavit, id religiose colendum demon-
strabimus. Si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates
caste colenda esse dicemus. Si nec pretio nec gratia nec
periculo nec simultate a via recta ostendemus deduci
oportere. Si dicemus in omnibus aequabile ius statui convenire.
His itaque atque huiusmodi partibus iustitiae, si quam rem
in contione aut in consilio faciendam censebimus, iustam
esse ostendemus; contrariis partibus iniustam. Ita fiet ut
eisdem locis et ad persuadendum et ad dissuadendum
simus comparati. Cum fortitudinis retinendae causa facien-
dum quid esse dicemus, ostendemus res magnas et celsas
sequi et appeti oportere. Et item res humiles et indignas
viris fortibus viros fortes contemnere oportere nec eas ido-
neas dignitate sua iudicare. Item a nulla re hone-
sta periculi aut laboris magnitudine deduci oportere. An-
tiquiorem mortem turpitudine habere. Nullo dolore
cogi ut ab officio recedatur. Nullius pro rei veritate me-
tuere inimicitias. Quodlibet pro patria, parentibus, hospitibus,
amicis et omnibus his rebus quas iustitia colere cogit
adire periculum et quemlibet suscipere laborem. Modestiae
partibus utemur si nimias libidines honoris, pecuniae,
similiumque rerum vituperabimus. Si unamquamque rem na-
turae termino diffiniemus. Si quoad cuique satis sit os-
tendemus, et nimium progredi dissuadebimus, et modum uni-
cuique rei statuemus. Huiusmodi partes virtutis sunt om-
nibus amplificandae si persuadebimus. Si ab his dehorta-
bimur attenuandae ut haec attenuentur quae supra demonstravi.
Nam nemo erit qui censeat a virtute recedendum. Ve-
rum aut res non eiusmodi dicatur esse ut virtutem possimus e-
gregiam experiri, aut in contrariis potius rebus quam in his
virtutem constare ostendat. Item si quo pacto poterimus
quam is qui dicet contra iustitiam vocarit, nos demonstrabimus
ignaviam esse aut inertiam ac pravam liberalitatem. Quam
prudentiam appellabit, ineptiam et garrulitatem et odiosam
scientiam esse dicemus. Quam ille modestiam dicet esse,
eam nos inertiam et dissolutam neglegentiam esse dicemus.
Quam ille fortitudinem vocarit, eam nos gladiatoriam
et inconsideratam appellabimus temeritatem.
Laudabile est quod conficit honestam et praesentem et consequentem commemorationem.

Haec eo nos separavimus a recto, non quod haec quattuor partes quae subiciuntur sub vocabulo
recti hanc honestatis commutationem dare non soleant. sed quamquam
ex recto laudabile nascatur, tamen in dicendo seorsum tractandum
est hoc ab illo. Neque enim solum laudis causa rectum sequi convenit.
sed si laus consequitur duplicatur recti appetendi voluntas. Cum
igitur demonstratum erit rectum, laudabile esse demonstrabimus aut ab ido-
neis hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat quae a deteriore
ordine improbetur, aut aliquibus sociis aut omnibus civibus, exteris
nationibus, posterisque nostris. Cum huiusmodi sit divisio locorum
in consultatione breviter erit aperienda totius tractatio causae.
Exordiri licebit vel a principio vel ab insinuatione vel hisdem
rationibus quibus in iudiciali causa. Si cuius rei narratio in-
cidet, eadem ratione narrari oportebit. Quoniam in huiusmodi causis
finis est utilitas, et ea dividitur in tutam et honestam, si
utrumque poterimus ostendere, utrumque pollicebimur nos in dicendo demon-
straturos esse. sin alterum, quod dicturi sumus ostendemus. At si
nostram rationem tutam esse dicemus, divisione utemur in vim
et consilium. Nam quod in docendo rei dilucidandae causa dolum ap-
pellavimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. Si
rationem nostram rectam esse dicemus et omnes partes recti in-
cident, quadripertita divisione utemur. si non incident, quot
erunt tot exponemus in dicendo. In confirmatione et confutatione
utemur nostris locis quos ante ostendimus confirmandis,
contrariis confutandis. Argumentationis tractandae artificiose
de superioribus ratio petetur. Sed si acciderit ut in consultatione
alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta sententia sit, ut in
deliberatione eorum qui a Poeno circumsessi deliberant quid agant,
qui tutam rationem sequi suadebit his locis utetur: nullam rem
utiliorem esse incolumitate. Virtutibus uti neminem posse
qui suas rationes in tuto non collocaverit. Nec deos ipsos esse
auxilio eis qui se inconsulte in periculum mittat. Honestum
nihil oportere existimari quod non salutem pariat.
Cum tute rei pugnat honesta, hoc loco utetur: virtutem
nullo tempore esse relinquendam. vel dolorem si timeatur
is. vel mortem si ea formidetur dedecore et infamia
leviorem esse. Considerare quae sit turpitudo consecutura.
At non immortalitatem neque etiam aeternam incolumitatem.
Nec esse exploratum illo vitato periculo nullum in
aliud periculum venturum. Virtute vel ultro ad mortem
proficisci praeclarum esse. Fortitudini fortunam quoque esse adiumen-
to solere. Eum tute vivere qui honeste vivat, non qui in praesentia
incolumis. Et eum qui turpiter vivat incolumem in perpetuum
esse non posse. Conclusionibus fere similibus in his et in iudi-
cialibus uti solemus. nisi quod in his maxime conducit quamplurima

ma rerum ante gestarum exempla proferre.
Rursus idem tullius de eodem genere causarum. In inquit
in deliberando finis utilitas. ad quem ita referuntur in
consilio dando sententiaque dicenda. ut illa prima sint
suasori aut dissuasori videnda. quid aut possit fieri aut
non possit. et quid necesse sit aut non necesse. Nam et si quid effici non potest
deliberatio tollitur quamvis utile est. Et si quid necesse est. necesse autem est sine
quo salvi liberique esse non possumus. id est reliquis et honestatibus
in civilibus rebus et commodis anteponendum. Cum autem queritur quid
fieri possit. videndum est quam facile possit. nam que perdifficilia sunt perinde
habenda sepe sunt ac si effici non possint. Et cum de necessitate at
tendemus. et si aliquid non necessarium videbitur. videndum tamen erit quam
sit id magnum. Quod enim permagnum interest pro necessario sepe habetur.
Itaque cum constet hoc genus causarum ex suasione et dissuasi
one. suasori proponitur simplex ratio. si et utile est et fieri potest fiat.
dissuasori duplex. si non utile est ne fiat. altera si fieri non
potest ne suscipiatur. Sic suasori utrumque docendum est. dissuasori
alterum infirmare sat est. Quare quoniam in his versatur omne
de consilio de utilitate ante dicamus que in discernendis bonis
malisque versatur. Bonorum autem partim necessaria sunt. ut vita
pudicitia libertas. ut liberi coniuges germani parentes. partim
non necessaria. quorum alia sunt per se expetenda. ut ea que sunt
sita in officiis atque virtutibus. alia quod aliquid commodi effici
unt. ut opes et copie. Eorum autem que propter se expetuntur
partim honestate ipsa partim commoditate aliqua expetuntur.
honestate ea que proficiscuntur ab his virtutibus de quibus pau
lo ante est dictum. que sunt laudabilia ipsa per se. Commoditate
autem aliqua que sunt in corporis aut fortune bonis expetenda.
quorum alia sunt quasi cum honestate iuncta. ut honor ut glo
ria. alia diversa. vires. forma. valitudo. nobilitas. divitie.
clientele. Est autem quasi quedam materies subiecta honestati que
maxime expetitur in amicis. Amicicie autem caritate et amore
tenentur. Nam cum deorum tum parentum patrieque cultus eorumque
hominum qui aut sapientia aut opibus excellunt. ad caritatem
referri oportet. Coniuges autem et liberi et fratres et alii quos usus
familiaritasque coniunxit. quamquam etiam caritate ipsa. tamen amore
maxime continentur. In his igitur rebus cum bona sint. facile est in
tellectu que sint contraria. Sed quoniam non ad veritatem solum. sed
etiam ad opiniones eorum qui audiunt accommodanda est oratio. hoc
intelligamus hominum duo esse genera. alterum indoctum et agreste quod
anteferat semper utilitatem honestati. alterum expolitum quod rebus
omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus honor
gloria fides iusticia omnisque virtus. illi autem alteri questus emo
lumentum fructusque proponitur. Atque etiam voluptas que
maxime est inimica virtuti. bonique naturam fallaciter imitan
do adulterat. quam immanissimus quisque acerrime sequitur. nec
solis honestis rebus sed etiam necessariis anteponit. In sua

dendo cum ei qui hominum consilium dedit sepe iure laudandum est. Et id
videndum est quanto magis homines mala fugiant quam sequantur
bona. Nam neque honestatem tam expetunt quam devitant turpia. Quis
enim honorem, quis gloriam, quis laudem, quis ullum decus tam umquam
expetivit quam ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugit. Quorum do-
lor gravis est. Est genus hominum ad honestatem natum, malo
cultu pravisque opinionibus corruptum. Quare in hortando atque
suadendo propositum quidem nobis erit illud, ut doceamus bona
consequi malaque vitare. Sed apud homines bene institutos plu-
rimum de laude et honestate dicemus, maximeque ea virtutum genera
tractabimus que in communi hominum utilitate tuenda augendaque cer-
nuntur. Sin apud indoctos imperitosque dicemus, fructus, emo-
lumenta, voluptates, vitationesque dolorum proferantur. Addantur
et contumelie atque ignominie. Nemo est enim tam agrestis quem
non, si ipsa minus honestas, contumelia tamen et dedecus magnopere
moveat. Quare quod ad utilitatem spectat ex hiis que dicta sunt reperie-
tur. Quid autem possit effici necne possit, in quo etiam quam fa-
cile possit quamque expediat queri solet, maxime ex causis hiis
que quamque rem efficiant est videndum. Causarum autem genera sunt plura.
Nam sunt alie que ipse conficiunt, alie que vim ad conficiendum aliquam afferunt.
Itaque ille superiores conficientes vocentur, he reliquie ponantur in
eo genere ut sine hiis confici non possit. Conficientium autem cau-
sarum aliud est absolutum et perfectum per se, aliud adiuvans et efficiendi socium quod-
dam. Cuius vis generis varia est et sepe aut maior aut minor.
Sunt autem alie cause que aut propter principium aut propter exitum conficien-
tes vocantur. Et quoniam de utilitate iam diximus, de efficiendi ratione
dicamus. Quo toto genere quibuscum et contra quos, quo tempore et quo lo-
co, quibus facultatibus armorum, pecunie, sociorum, earumque
rerum que ad quamque rem efficiendam pertinent possimus uti
requirendum est. Neque solum ea sunt que nobis suppetunt, sed etiam
que adversentur videnda. Et si ex contentione procliviora erunt nostra,
non solum effici posse que persuademus. Contra autem utilitas labefac-
tanda est aut efficiendi difficultates efferende, neque aliis ex
preceptis sed eisdem ex suasionis locis. Uterque vero ad au-
gendum habeat exemplorum aut recentium quo notiora sint,
aut veterum quo plus auctoritatis habeant copiam. Maximeque
sit in hoc genere meditatus, ut possit vel utilia ac necessaria sepe
honestis vel hec illis anteferre. Ad commovendos autem animos
maxime proficient, si incitandi erunt, huiusmodi sententie que aut ad
explendas cupiditates aut ad odium saciendum aut ad ul-
ciscendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi sunt, de in-
certo statu fortune dubiisque eventis rerum futurarum et reti-
nendis suis fortunis si erunt secunde, sin autem adverse, de pe-
riculo commonendo. Atque hi quidem perorationis sunt loci. Prin-
cipia autem in sententiis dicendi brevia esse debebunt. Non enim
supplex ut ad iudicem venit orator, sed orator atque auctor.

artis exponere quam in mente dixit; quia velit de quibus rebus dicturus sit, et
orator sicut ad se dicentem audiendo. Tota autem oratio
simplex et communis et sententiis ornatior debet esse quam verbis.

Dat iterum adhuc idem Cicero de deliberativis locos et partes dicens. Rerum expetendarum tria genera sunt; par autem numerus vitandarum ex contraria parte. Nam est quiddam quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate, quod genus virtus, scientia, veritas est. Est autem aliud non propter suam vim et naturam, sed propter fructum atque utilitatem petendum, quod pecunia est. Est porro quiddam ex horum partibus iunctum, quod et sua vi et dignitate nos inductos ducit et prae se quandam gerit utilitatem quo magis expetatur, ut amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facile tacentibus nobis intelligentur. Sed ut expeditius ratio tradatur, ea quae posuimus brevi nominabuntur. Nam in primo genere quae sunt honesta appellabuntur; quae autem in secundo, utilia. Haec autem tertia, quia partem honestatis continent et quia maior est vis honestatis, iuncta esse omnino et duplici genere intelligentur, sed in meliorem partem vocabuli conferantur et honesta nominentur. Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes sint honestas et utilitas, vitandarum turpitudo et inutilitas. His igitur duabus rebus res duae grandes sunt attributae, necessitas et affectio; quarum altera ex vi, altera ex re et personis consideratur. De utraque post perscribemus, nunc honestatis rationes primum explicemus. Quod autem totum aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabitur. Quare, cum eius duae partes sint, quarum altera simplex, altera iuncta sit, simplicem prius consideremus. Est igitur in eo genere omnes res una vi atque uno nomine amplexa virtus. Nam virtus est animi habitus naturae modo atque rationi consentaneus. Quamobrem omnibus eius partibus cognitis tota vis erit simplicis honestatis considerata. Habet igitur partes quattuor: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est rerum bonarum et malarum neutrarumque scientia. Partes eius: memoria, intelligentia, providentia. Memoria est per quam animus repetit illa quae fuerunt. Intelligentia est per quam ea perspicit quae sunt. Providentia est per quam aliquid futurum videtur antequam factum est. Iustitia est habitus animi communi utilitate conservata suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est ab natura profectum; deinde quaedam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt; postea res et ab natura profectas et ab consuetudine probatas legum metus et religio sanxit. Naturae ius est quod non opinio genuit, sed quaedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. Religio est quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert. Pietas est per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus. Gratia

in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et alterius remunerandi vo-
luntas continetur. Vindicatio est per quam vis et iniuria et to-
tum quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsatur.
Observantia est per quam homines aliqua dignitate ante-
cedentes cultu quodam et honore dignantur. Veritas per quam
immutata ea que sunt aut ante fuerunt aut futura sunt dicuntur.
Consuetudine ius est quod aut leviter a natura
tractum aluit et maius fecit usus ut religionem, aut si quid eorum que ante
diximus ab natura profectum maius factum propter consuetudinem videmus, aut
quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit. Quod genus pac-
tum, par, iudicatum. Pactum est quod inter aliquos convenit. Par
quod inter omnes equabile est. Iudicatum de quo alicuius aut
aliquorum iam sententiis constitutum est. Lege ius est quod in
eo scripto quod populo expositum est ut observet continetur.
Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio. Eius
partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. Magni-
ficentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla
quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio.
Fidentia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse
animus in se fiducie certa cum spe collocavit. Patientia est
honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium vo-
luntaria ac diuturna perpessio. Perseverantia est in ratione bene
considerata stabilis et perpetua permansio. Temperantia est ratio-
nis in libidinem atque alios non rectos impetus animi firma
et moderata dominatio. Eius partes continentia, clementia, mo-
destia. Continentia est per quam cupiditas consilii guberna-
tione regitur. Clementia est per quam animi temere in odium
alicuius iniectionis concitati comitate retinentur. Modestia est
per quam pudor honesti claram et stabilem comparat auctoritatem.
Atque hec omnia propter se solum ut nichil adiungatur emolumen-
ti petenda sunt. Quod ut demonstretur neque ad hoc nostrum institu-
tum pertinet et a brevitate precipiendi remotum est. Propter
se autem vitanda sunt non ea modo que his contraria sunt ut fortitudini
ignavia et iustitie iniustitia, verum etiam illa que propinqua viden-
tur et finitima esse, absunt autem longissime. Quod genus fiden-
tie contrarium est diffidentia, et ea re vitium est; audacia non contrarium
est sed appositum et propinquum, et tamen vitium est. Sic unicuique vir-
tuti finitimum vitium reperietur, aut certo iam nomine appellatum,
ut audacia que fidentie, pertinacia que perseverantie finitima
est, superstitio que religioni propinqua est, aut sine ullo certo
nomine. Que omnia item uti contraria rerum bonarum in rebus vi-
tandis reponuntur. Ac de eo quidem genere honestatis quod omni
ex parte propter se petitur satis dictum est. Nunc de eo in quo
utilitas quoque adiungitur, quod tamen honestum vocamus, dicendum videtur.

Sunt in multa que nos cum dignitate tum quod fructum ferunt ducunt
ad se; quo in genere gloria. dignitas. amplitudo. amicitia;
Gloria est frequens de aliquo fama cum laude; Digni-
tas est alicuius honesta et cultu et honore et verecundia digna
auctoritas; Amplitudo potentie aut maiestatis aut
aliquarum copiarum magna habundantia; Amicitia vo-
luntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa quem diligit
cum eius pari voluntate; Hic quia de civilibus causis loqui-
mur fructus ad amiciciam adiungimus ut eorum quoque causa petenda vi-
deatur ne forte qui nos de omni amicitia dicere exis-
timant reprehendere incipiant. quamquam sunt qui propter utilitatem
modo petendam putant amicitiam. sunt qui propter se solum.
sunt qui propter se et utilitatem; Quorum quid verissime
constituatur alius locus erit considerandi. nunc hoc sit ad usum
oratorium relinquitur. utramque propter rem amicitiam esse ex-
petendam; Amicitiarum autem ratio quoniam partim sunt religionibus
iuncte. partim non sunt. et quia partim sunt veteres. partim nove.
partim ab illorum. partim ab nostro beneficio profecte. partim utilio-
res. partim minus utiles. ex causarum dignitatibus. ex
temporum opportunitatibus. ex officiis. ex religionibus. ex vetusta-
tibus habebitur; Utilitas autem aut in corpore posita est
aut in extrariis rebus. Quarum tamen rerum multo maxima pars
ad corporis commodum revertitur. ut in re publica
quedam sunt que ut sic dicam ad corpus pertinent civitatis.
ut agri. portus. pecunia. classis. naute. milites. socii.
quibus rebus incolumitatem ac libertatem retinent civitates.
Alia vero que iam quiddam magis amplum et minus necessarium
conficiunt. ut urbis egregia exornatio atque amplitu-
do. ut quedam excellens pecunie magnitudo; amicitia-
rum et societatum multitudo. quibus rebus non id solum
conficitur ut salve et incolumes. verum etiam ut ample
atque potentes sint civitates; Quare utilitatis due partes
videntur esse. incolumitas et potentia; Incolumitas est sa-
lutis tuta atque integra conservatio; Potentia est ad sua conser-
vanda et alterius obtinenda idonearum rerum facultas; Atque in
his omnibus que ante dicta sunt quid difficile fieri et quid facile fieri
possit oportet considerare; Facile id dicimus quod sine
magno aut sine ullo labore sumptu molestia quam brevissimo
tempore conficitur; Difficile autem fieri quod quamquam laboris
sumptus molestie longinquitatis indiget atque aut
omnes aut plurimas aut maximas causas habet difficultatis ta-
men his susceptis difficultatibus compleri atque ad exitum per-
duci potest. Quoniam ergo de honestate et utilitate diximus.
nunc restat ut de eis rebus que his attributa esse dicebamus.

necessitudine et affectione perscribamus. Dicitur autem haec esse necessitudo cui nulla vi resisti potest quae neque mutari neque leniri potest. Atque ut apertius hoc sit exemplis licet vim rei qualis et quanta sit cognoscamus. Uri posse flamma ligneam materiam necesse est. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Atque ita necesse ut vis postulat ea quam modo describebamus necessitudinis cui nulla vi resisti potest quae neque mutari neque leniri potest. Huiusmodi necessitudines cum in dicendi rationes incidet, recte necessitudines appellabuntur. Sin aliqua res accidet difficilis, in illa superiore possitne fieri quaestione considerabimus. Atque hoc etiam mihi videor videre esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam simplices et absolutas. Nam aliter dicere solemus: necesse est Casilinenses se dedere Hannibali; aliter autem: necesse est Casilinum venire in Hannibalis potestatem. Illic in superiore adiunctio est haec: nisi si malunt fame perire. Si enim id malunt, non est necesse. Hoc inferius non item, propterea quod sive velint Casilinenses se dedere sive famem perpeti atque ita perire, necesse est Casilinum venire in Hannibalis potestatem. Quid igitur perficere potest haec necessitudinis distributio? Prope dicam plurimum, cum locus necessitudinis videbitur incurrere. Nam cum simplex erit necessitudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione lenire possimus. Cum autem ita necesse erit ut aliquid effugere aut adipisci velimus, tum adiunctio illa quid habeat utilitatis aut quid honestatis erit considerandum. Nam si velis attendere, ita tamen ut id quaeras quod conveniat ad usum civitatis, reperies nullam esse rem quam facere necesse sit nisi propter aliquam causam quam adiunctionem vocamus. Pariter autem esse multas res necessitatis ad quas similis adiunctio non accedit, ut hoc genus: ut homines mortales necesse est interire sine adiunctione; ut cibo utantur non necesse est nisi cum illa exceptione extra quam si nolint fame perire. Ergo ut dico illud quod adiungitur semper cuiusmodi sit erit considerandum. Nam omni tempore id pertinebit ut aut ad honestatem hoc modo exponenda necessitudo sit: necesse hoc faciamus si honeste volumus vivere; aut ad incolumitatem hoc modo: necesse est si incolumes volumus esse; aut ad commoditatem hoc modo: necesse est si sine incommodo volumus vivere. Ac summa quidem necessitudo videtur esse honestatis. Huic proxima incolumitatis. Tertia ac levissima commoditatis, quae cum his numquam poterit duabus contendere. Hasce autem inter se saepe necesse est comparari, ut quamquam praestet honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit deliberetur. Cuius rei certum quoddam praescriptum videtur in perpetuum dari posse. Nam quae poterit res fieri ut cum incolumitati consuluerimus quod sit in praesentia de honestate delibatum virtute aliquando et in-

tum voluntatis vel industriae humanae. Quod autem ad nos pertinet, ho-
nestatis. Ita in huiusmodi quoque re cum incolumitati videbitur consu-
lere, vere poterimus dicere nos honestatis rationem habere, quoniam
sine incolumitate eam nullo tempore possimus adipisci. Et in
re vel cedere alteri vel ad condicionem alicuius descendere vel in
praesentia quiescere atque aliud tempus exspectare oportebit. In
commodis vero illud attendere, dignane res sit ea in-
dicatur, ea quae ad utilitatem pertinebit, quare aut de magni-
ficentia aut de honestate aliquid derogetur. Atque in hoc loco
illud caput videtur esse ut quaeramus quid sit illud quod si
adipisci aut effugere velimus aliqua res utilis sit aut incommoda,
hoc est quid sit adiunctum, ut prout ipsius rei erit, liberius
[illegible] et gravissima quaque cum vehementissime necessitate
iudicemus. Affectio est quaedam ex tempore aut ex nego-
tiorum eventu aut administratione aut hominum studio commuta-
tio rerum, ut non tales quales ante habitae sint aut plerumque
haberi solebant habendae videantur esse, ut est ad hostes
transire turpe videatur esse, at non illo animo quo Ulixes transi-
it; et pecuniam in mare deicere inutile est, at non eo consilio
quo Aristippus fecit. Sunt igitur res quaedam ex tempore et ex consilio
non ex sua natura considerandae, quibus in omnibus quid tempora petant
aut quid personis dignum sit considerandum est, et non quid,
sed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quamdiu fiat attendendum;
His ex partibus ad sententiam dicendam locos sumi oportere
arbitramur. Nunc ad demonstrativum genus causae transeamus. Tul.
Quoniam haec causa dividitur in laudem
et vituperationem, quibus ex rebus laudandum est,
ex contrariis rebus erit vituperandum.
Laus igitur potest esse rerum externarum, corporis,
animi. Rerum externarum sunt ea quae
casu aut fortuna secunda aut adversa acci-
dunt: genus, educatio, divitiae, potestates, gloriae, civitas, ami-
citiae et quae id genus sunt et ea quae his sunt contraria. Corporis sunt ea
quae natura corpori attribuit commoda aut incommoda: velocitas,
vires, dignitas, valetudo, et quae contraria sunt. Animi sunt ea
quae consilio et cogitatione animi constant: prudentia, iustitia,
fortitudo, modestia, et quae contraria sunt. Erit igitur haec
confirmatio et reprehensio nobis. Cum huiusmodi sit ea, principium a-
ut a nostra aut ab eius de quo loquemur aut ab eorum qui audient
persona aut a re. A nostra, si laudabimus: aut officio facere
quod necessitudo aliqua intercedat; aut studio, quod huiusmodi virtute
sit ut omnes commemorare debeant velle; aut quod rectum sit
ex aliorum laude ostendere qualis noster animus sit. Si vitu-
perabimus: aut merito facere quod ita tractati simus; aut studio
quod utile putemus esse ab omnibus unicam malitiam atque
nequitiam cognosci; aut quod placeat ostendi quid

nobis displiceat ex aliorum vituperacione; Ab eius persona de
quo loquimur. si laudabimus. dicemus. vereri nos ut illius
facta verbis consequi non possimus. Omnes illius virtutes predicare
oportere. ipsa facta omnium laudatorum eloquenciam anteire. Si vitu
perabimus. ea que videmur contraria paucis commutatis dici posse di
cemus. ut paulo supra exemplo demonstratum est; Ab audi
torum persona. si laudabimus. quoniam non apud ignotos lau
demus. nos monendi causa pauca dicturos. Aut si erunt ignoti.
ut talem virum velint cognoscere petemus. quoniam in eodem virtutis
studio sint apud quos laudemus quo ille qui laudatur sit;
sperare nos facile hiis quibus velimus huius facta probaturos;
Contra vituperacio. quoniam norint nos pauca de nequicia eius
dicturos esse. Quod si ignorent. petemus ut cognoscant. ut ma
liciam vitare possint. quoniam dissimiles sint qui audiunt atque ille
qui vituperatur. sperare nos illius vitam vehementer eos im
probaturos; Ab rebus ipsis. incertos esse quid potissimum lau
demus. vereri ne cum multa dixerimus plura pretereamus. et que si
miles sententias habebunt. quibus sententiis contraria sumentur a
vituperacione; Principio tractato aliquo quas ante commemora
vimus racionum non necesse erit illa que nunc consequuntur.
Sed sicut mediocre. et aliquid fuit eius de quo loquimur nobis
narrandum sit. cum laude aut vituperacione. proprie narrandi de
superioribus repetetur; Narracione hac utemur. exponemus
quas res laudaturi aut vituperaturi sumus. Deinde. ut
quoque tempore res quaeque gesta sit ordine dicemus. ut quid quamque tute
cauteque egerit intelligatur; Sed exponere oportebit animi
virtutes aut vicia. deinde commoda aut incommoda corporis
aut rerum externarum. quomodo ab animo tractata sint demonstrare. Or
[illegible] dinem hunc in demonstranda vita debemus tenere; Ab externis rebus.
genus. in laude. quibus maioribus natus sit. Si bono genere. pa
rem aut excellenciorem fuisse; Si humili genere. ipsum in suis
non in maiorum virtutibus habuisse presidium. In vituperacione.
si bono genere. dedecori maioribus fuisse. si malo. tamen hiis
ipsis fuisse detrimento; Educacio. in laude. quod bene et hones
te in bonis disciplinis totam pueriam fuit. In vituperacione con
tra se vertisse apte; Ad corporis commoda a natura.
laude. si sit dignitas aut forma. laudi fuisse eam. non
quemadmodum ceteris detrimento atque dedecori; Si vires atque ve
locitas egregia. honestis hec exercitacionibus et industriis compara
ta. Si valitudo. ex perpetua diligencia et temperancia cupiditatum.
In vituperacione. si erunt hec corporis commoda. hiis male usum
dicemus. que casu et natura tamquam quilibet gladiator habuit.
Si non erunt. preter formam omnia ipsius culpa et intemperancia
afuisse dicemus; Deinde revertemur ad extraneas res. et in hiis

animi virtutes aut vitia que sunt considerabimus. Divitie an paupertas
fuerit, et que potestates, que glorie, que amicicie, que inimicicie, et quid fortiter
in gerendis inimicitiis fecerit, cuius causa susceperit inimicicias, qua
fide, benivolentia, quo officio gesserit amicicias; in di-
vitiis qualis aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemadmodum ha-
buerit in potestatibus gerendis animum. Si interiit, quo cuiusmodi
morte eius fuit, cuiusmodi res mortem eius sit consecuta.
Ad omnes autem res in quibus animus hominis maxime consideratur
ille quattuor animi virtutes erunt accommodande, ut si laudemus
aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste et aliud prudenter
factum esse dicemus. Perspicuum etiam minus copiose
dispositione quemadmodum sit tractanda tripartita divisio lau-
dis et vituperationis. Si illud etiam assumpserimus, non necesse
esse nos omnes has partes in laudem et vituperationem transferre,
propterea quod saepe ne incidunt quidem, saepe ita tenuiter
ut non sint necessarie dicende, quapropter eas partes que firmissime
videbuntur legere oportebit. Conclusionibus brevi-
bus utemur, enumeratione ad exitum causae; in ipsa causa crebras et
breves amplificationes interponere oportebit per locos communes.
Nec hoc genus causae eo quia raro accidit minus neglegenter
commendandum est. Neque enim id quod potest accidere ut faciendum sit
aliquando non oportet velle quam accommodatissime posse facere.
Et si separatim haec causa minus saepe tractatur, at in iudicialibus
et in deliberationibus causis saepe magnae partes versantur lau-
dis aut vituperationis. Quare in hoc quoque causae genere nonnihil
industriae consumendum putemus.

Idem alibi de eisdem laudandi vituperandique rationibus.
Omnia insunt profecto sed laudandi quoniam virtute sit,
et contra in virtutis vituperandi; ex quo laudare semper aliud
ex honestis, alterum turpitudine. Constat autem
genus hoc dicendi narrandis exponendisque factis sine ullis
argumentationibus ad animi motus leniter tractandos
magis quam ad fidem faciendam aut confirmandam accommodatum.
Non enim dubia firmantur, sed ea que certa aut pro certis posita sunt
augentur. Quamobrem ex iis que ante dicta sunt et narrandi et
augendi praecepta repetentur. Et quoniam in his causis omnis ratio fere
ad voluptatem auditoris et ad delectationem refertur, utendum
erit eis in oratione verbis insignibus que habent plurimum sua-
vitatis, id est ut factis verbis aut vetustis aut translatis
frequenter utamur. Et in ipsa constructione verborum ut paria
paribus, similia similibus saepe referantur, ut contraria, ut ge-
minata, ut circumscripta numerose, non ad similitudinem
versuum, sed ad explendum aurium sensum apto quodam quasi
verborum modo. Adhibendaque frequenter etiam illa ornamenta
rerum, sive que admirabilia, sive nec opinata, sive significata
monstris, prodigiis et oraculis, sive que videbuntur ei de quo a-
gimus accidisse divina atque fatalia. Omnis enim exspectatio eius

Quae audit admiratione et ipsius corporis sunt aliqua in audiendo voluptate.

Et quoniam tribus in generibus bona malave versantur, externis, corporis et animi, prima sunt externa quae ducuntur a genere: quo breviter modiceque laudato aut si erit infame praetermisso, si humile vel praeterito vel ad augendum eius quem laudes gloriam tracto; deinceps si res patietur de fortunis erit et facultatibus dicendum, postea de corporis bonis, in quibus quidem quae virtutem maxime significant facillime forma laudatur. Deinde est ad facta veniendum, quorum collocatio triplex est: aut enim temporum servandus est ordo, aut in primis recentissimum quodque dicendum, aut multa et varia facta in propria virtutum genera sunt dirigenda.

Sed hic locus virtutum atque vitiorum latissime patens ex multis et variis disputationibus nunc in quandam angustam et brevem concludetur. Est igitur vis virtutis duplex: aut enim scientia cernitur virtus aut actione. Nam quae prudentia, quae calliditas, quaeque gravissimo nomine sapientia appellatur, haec scientia pollet una; quae vero moderandis cupiditatibus regendisque animi motibus laudatur, eius est munus in agendo, cui temperantia nomen est. Atque illa prudentia in suis rebus domestica, in publicis civilis appellari solet. Temperantia autem in suis itidem rebus et in communibus distributa est, duobusque modis in rebus commodis discernitur: et ea quae absunt non expetendo, et ab his quae in potestate sunt abstinendo. In rebus autem incommodis est itidem duplex: nam quae venientibus malis obstat fortitudo, quae quod iam adest tolerat et perfert, patientia nominatur. Quae autem haec uno genere complectitur, magnitudo animi dicitur, cuius est liberalitas in usu pecuniae, simulque altitudo animi in capiendis incommodis et maxime iniuriis, atque haec quidem virtutes cernuntur in agendo. Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant ea nos vitia quae virtutem videntur imitari. Nam et prudentiam malitia, et temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, et magnitudinem animi superbia in nimis extollendo et despicientia in contemnendis honoribus, et liberalitatem effusio, et fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duritia immanis, iustitiam acerbitas, religionem superstitio, lenitatem mollitia animi, verecundiam timiditas, illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum, hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi. Studiis autem bonis similia videntur ea quae sunt in eodem genere nimia. Quamobrem omnis vis laudandi vituperandique ex his sumetur virtutum vitiorumque partibus.

Sed in toto quasi contextu orationis haec erunt illustranda maxime: quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus moratusque fuerit, et si quid cui magnum et incredibile acciderit, maxime si id divinitus accidisse potuerit videri; tum quod quisque senserit, dixerit, gesserit, ad ea quae proposita sunt virtutum genera accommodabuntur, ex illisque eisdem inveniendi locis causae rerum et eventus et consequentia requirentur. Neque vero mors eorum quorum vita laudabitur silentio praeteriri debebit, si modo quid erit animadvertendum aut in ipso genere mortis aut in his rebus quae post mortem erunt consecutae.

6

Ut ordinata in victoria collocatio tamquam instructio militum facilem in dicendo sicut illa in pugnando parit victoriam

Nunc absoluta nobis difficillima parte rhetoricae, hoc est inventione perpolita atque ad omne causae genus accommodata, tempus est ad ceteras partes proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus. Tul.

Quoniam dispositio est per quam illa quae invenimus in ordinem redigimus ut certo quicquid loco pronuntietur, videndum est cuiusmodi rationem in disponendo habere conveniat. Genera dispositionum sunt duo: unum ab institutione artis profectum, aliud ad casum temporis accommodatum. Ex institutione artis disponemus cum sequemur eam praeceptionem quam in superioribus exposuimus, hoc est ut utamur principio, narratione, divisione, confirmatione, confutatione, conclusione, et hunc ordinem quemadmodum praeceptum est ante in dicendo sequemur. Item ex institutione artis non modo totas causas per orationem sed singulas quasque argumentationes disponemus quemadmodum in superioribus docuimus, id est expositionem, rationem, confirmationem, exornationem, conclusionem. Haec igitur duplex dispositio est: una per orationes, altera per argumentationes ab institutione artis profecta. Est autem alia dispositio quae cum ab ordine artificioso recedendum est oratoris iudicio ad tempus accommodatur, ut si ab narratione dicere incipiamus aut ab aliqua firmissima argumentatione aut litterarum aliquarum recitatione, aut si secundum principium confirmatione utamur, deinde narratione, aut si quam eiusmodi permutationem ordinis faciemus; quarum nihil nisi causa postulet fieri oportebit. Nam si vehementer aures auditorum obtusae videbuntur atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum, commode poterimus principio supersedere et exordiri causam aut a narratione aut aliqua firmissima argumentatione. Deinde si commodum erit, quod non semper necesse est, ad principii sententiam reverti licebit. Si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere, ut nemo aequo animo principium possit audire, ab narratione cum inceperimus ad principii sententiam revertemur. Si narratio parum probabilis, exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His commutationibus et translationibus saepe uti necesse est cum ipsa res artificiosam dispositionem artificiose commutare cogit. In confirmatione et confutatione argumentationum dispositionem huiusmodi convenit habere: firmissimas argumentationes in primis et postremis causae partibus collocare; mediocres et neque inutiles ad dicendum neque necessarias ad probandum, quae si separatim ac singulae dicantur infirmae sint, cum ceteris coniunctae firmae et probabiles fiunt, interponi et in medio collocari oportet. Nam statim re narrata exspectat animus auditoris si qua re causa confirmari possit. Quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur, utile est cum dicere desinamus recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Haec dispositio locorum tamquam instructio militum facil-

sine in dicendo. sicut illa in pugnando. prime potius victoriam.
Idem igitur sumam alibi de eodem. Collocationis igitur in dispo-
sicionis in infinita questione. quam consultationem appello. ordo
est idem fere quem exposui locorum. id est ex toto. ex partibus. ex nomine.
etc. In definita. quam controversiam cum nomino. adhibenda
sunt illa etiam que ad motus animorum pertinent. Nam fides est firma opinio. motus autem
animi incitatio aut ad voluptatem vel ad molestiam. aut ad metum
aut ad cupiditatem. Tot sunt enim motus genera. partes plures generum
singulorum. Omnem collocationem ad fidem accommodabimus quo-
niam est in consultatione vel proposito finis fides. In causa et fides et motus.
Tria sunt genera controversiarum. hoc est iudicii. deliberationis et exornationis.
que quidem in laudationibus maxime constituitur proprium habet iam ex eo nomen. In
istis vero tribus proponit sibi orator delectationem et exornationem. In iudicio autem
severitatem aut clementiam iudicis. in suasione aut spem vel refor-
midationem deliberantis. Horum quidem collocandi ad finem cuiusque accommodabimus.
Nam in laudationibus delectatio finis est. varii sunt ordines collocandi.
Nam aut temporis servantur gradus. aut distributiones generum. vel a mino-
ribus ad maiora ascendimus. aut a maioribus ad minora delabi-
mur. aut hec inequabili varietate distinguimus. cum parva mag-
nis. simplicia coniunctis. obscura dilucidis. leta tristibus. incre-
dibilia probabilibus intexamus. que in exornationem cadunt omnia.
In deliberatione. principia vel non longa vel sepe nulla. Sunt enim ad
audiendum qui deliberant sua causa parati. Nec multum sepe sunt
narranda. Est autem narratio preteritarum rerum vel presentium suasio
autem futurarum. Quare ad fidem et ad motum adhibenda est omnis
oratio. In iudiciis collocatio non eadem est accusatoris et rei.
Accusator rerum ordine persequitur. et singula argumenta quasi
hasta in manu collocata vehementer proponit. concludit acriter. confirmat
tabulis. decretis. testimoniis. accuratiusque in singulis com-
moratur. perorationisque preceptis que ad incitandos animos valet. et in
reliqua oratione paululum digrediens de cursu dicendi utitur et
vehementius in perorando. Est enim propositum ut iratum efficiat iu-
dicem. Reus autem omnia longe secus. sumenda sunt principia ad
benivolentiam conciliandam. narrationes aut amputande que ledunt.
aut relinquende si tote sunt moleste. firmamenta ad fidem posita
aut per se diluenda. aut obscuranda. aut digressionibus obruenda.
perorationes autem ad misericordiam conferende. Non semper autem ordi-
nem collocandi ut volumus tenere possumus. nam auditoris aures
moderantur oratori prudenti et provido et quod respuunt immutandum est.
Deinde [?] a maximis criminibus ad levissima transeundum sit. aut
a levissimis ad maxima. Nam primum estimandum est utrum est
membrum quidem fieri debet. ut separet que ad libidinem. que ad avari-
ciam. que ad crudelitatem. aliud vero quod ad rem genus pertinet. ut si
non genus criminum. tum hoc distinguat primum. ut prius que in militia
gesta sunt que in militia que preter militiam. Deinde segregat ea que ad privatas
res. deinde non que ad publicas pertinebunt. aliud vero simile. Cum
plura erunt argumenta a validioribus incipies. in validiora desines.
media imbecillioribus replebis. ut primum validum est argumentum
et in medio mediocre. extremum validissimum est in vera forensi oratione.

ista habent que pars [?] fidem faciendi et motum.

si unum validum argumentum est et unum firmum a validioribus finiri
persequeris. rursum valida repetes. Argumentacio aliter melior et fide
lior videri potest que observantur. Cum aliquibus partibus tamen habeant. uti
libus ordinem constitucionum conficiendum. quare de toto tractare non
expedit. Stans magnum constructum esse quod noceret. ut dici non negari
dicatur quod tercie per milone senatum videri potest. non insitum ab eo elo
quium neque intelligunt neque fieri posse. Non negamus quod sit confessum
est tamen defendisset. Rursum non est quod in istis illo dixit et suus or
acionem tamen de eo interruptum arbitramur. Preterea utilius
postremo disputacionem in spem permovere ex contrariis que te
ea reque civitate et conservare. postque plures rei ad unum coire
sunt una res plures dividit. Cum omni materia querendi puto quod
sit quod inopie nos foveat aut urgeat. Tullius. ii. Noces
sit quod inopie nos foveat aut urgeat. Tullius ii. Noces
fuit ante de oratore. ut quod impetum movet. pimet. fringat.
Sed ut omne genus cause quidem tum nos recipit intelligimus.
sit per nos omnis tamen aliquid valencius habere debet. Crassus autem
adversarios primum id quod ille posuit. verbis infirmioribus permutato.
Ea vero incredibilia visa fuerint ac imbecilla. ita unius
ponetur sicut ab adversario dictum sit. Tunc ut supra non
sicut verbis unius altum fidem extollentes. incredibilem faciamus.
Item postea adversarium si nimis incredibilis fuit eum quodam
impetu animi ac ridiculi admiracione videbimus. ut illud
est. septingenta milia passuum biduo cursu fecit. Et videtur. O
verum. O. O mirum volucre. Nunc tempus postulat ut ad
elocucionis precepta transeamus.

Tul.

De trimodo genere dicendi.

Sunt igitur tria genera sive figure in quibus semper omnis
oratoria elocucio debet esse. Unam gravem
alteram mediocrem. terciam attenuatam.
Gravis est que constat ex verborum gravium magna
et ornata constructione. Mediocris est que constat
ex humiliore neque tamen ex infima et pervulga
tissima verborum dignitate. Attenuata est
que demissa est usque ad usitatissimam puri consue
tudinem sermonis. In gravi figura consumetur oracio. si que cuiusque
rei poterunt ornatissima verba reperiri. sive propria sive extranea
ad unamquamque accommodabuntur. Et si graves sentencie que in amplifi
catione et commiseratione tractantur eligentur. Et si exornaciones sentenciarum
aut verborum que gravitatem habebunt de quibus post dicemus adhi
bebuntur. In hoc genere figure erit hoc exemplum. Nam quis est vestrum
iudices qui satis idoneam possit in eum penam excogitare.
qui prodere hostibus patriam cogitarunt. quod maleficium potest cum hoc
scelere comparari. quod huic maleficio dignum supplicium potest inveni
ri. In hiis qui violassent ingenuum. matrem familias constu
prassent. aut postremo necassent. maxima supplicia maiores
in consumpserunt. huic tamen teterrimo ac nefario sceleri

singulis enim penam non relinquunt. atque alii aliis maleficiis ad singulos aut
ad paucos ex alieno peccato iniuria inicit. huius sceleris qui sunt affines
uno consilio universis civibus atrocissimas calamitates machinantur.
O feroces animos. o crudeles cogitationes. o derelictos homines ab huma-
nitate. quid agere ausi sunt aut cogitare possunt. quo pacto hostes revul-
sis maiorum sepulchris. deiectis membris ovantes irruerunt in
civitatem. quomodo deum templis spoliatis. optimatibus trucidatis. aliis
arreptis in servitutem. matribus familias et ingenuis sub hostile
libidine subiectis. urbs acerbissimo concidit incendio conflagra-
ta. Quare si non putant id quod voluerint ad exitum perduxisse ni-
si sanctissime patrie miserandum scelerati viderint cinerem. Nequeo
verbis iudices consequi indignitatem rei. sed negligentiam meam fero
quia vos mei non egetis. Vester enim animus rei publice
amantissimus facile edocet ut eum qui fortunas omnium voluerit prodere p-
recipitem proturbetis ex ea civitate. quam iste hostium spurcissimorum
dominatu nefario voluit obruere. In mediocri figura consistitur
oratio. si hec ut ante dixi primum aliquantulum demiserimus. neque ad in-
fimum descenderimus sic. Quibuscum bellum gerimus iudices videtis.
cum sociis qui pro nobis pugnare et imperium nostrum nobiscum simul vir-
tute et industria conservare soliti sunt. Qui cum se et opes suas et
copiam necessariorum tum vero multitudinis propinquitate et omnium
rerum societate. quid in omnibus rebus populus Romanus posset. scire
et existimare poterant. hi cum deliberassent nobiscum bellum gerere.
queso quae res erat qua freti bellum suscipere conarentur. cum mul-
to maximam partem sociorum in officio manere intelligerent. cum
sibi non multitudinem militum. non idoneos imperatores. non pe-
cuniam publicam presto esse viderent. non denique ullam rem que ad bel-
lum pertineat administrandum. Si cum finitimis de finibus
bellum gererent. si totum certamen in uno prelio positum putarent. tamen
omnibus rebus instructiores et paratiores venirent. nedum illud im-
perium orbis terre. cui imperio omnes gentes reges nationes partim
vi partim voluntate consenserunt. cum aut armis aut liberalita-
te a populo Romano superati essent. ad se transferre tantulis viribus
conarentur. Queret aliquis quid Fregellani. non sua sponte
conati sunt. eo quidem isti minus facile conarentur. quod illi quemadmo-
dum discessissent videbant. Nam rerum imperiti qui unius cuiusque rei de
rebus ante gestis exempla petere non possunt. hi per imprudentiam
facile deducuntur in fraudem. At hi qui sciunt quid aliis acci-
derit. facile ex aliorum eventis suis rationibus possunt providere. nulla
re inducti. nulla spe freti arma sustulerunt. Quis hoc credet
tantam amentiam quemquam tenuisse. ut imperium populi Romani
temptare auderet nullis copiis fretus. Ergo aliquid fuisse necesse
est. quid aliud nisi id quod dico potest esse. In attenuato fi-
gure genere id quod ad infimum et cotidianum sermonem demis-
sum est. hoc erit exemplum. Nam ut forte hic in balneas venit.
cepit postquam perfusus est defricari. deinde ubi visum est ut in al-
veum descenderet. ecce tibi iste de transverso. heus inquit ado-
lescens pueri tui modo me pulsarunt. satisfacias oportet. hic

q̄ id etiam ab ignoto p̄t ꝯsuetudine appellari esse exhibuit. Iste
clarius eadem ꝫ alia dicere. hic mihi tum inquit sine me ꝯsi
derare. tum vero iste voce clamare ipsum q̄ p̄suale crimina in
bores esse posset. ita petulans es atqꝫ acer ut me ad solum
tum quidem salutandum ꝯvenerit es ut michi videtur. ſꝫ pe
nes fremant ꝫ in eiusmodi locis exercitum sis. Continebitur est
adolescens nō minima. qui etiam nunc pedagogi litteras ad amica
les usarentur. inquit eiusmodi quidem ubi istum vidisset sau
cium exhausto robore qui se putarit michi hic quod contra
nos posset. ut omnia sine suma detrimento facere possit. / Igitur
genera figurarum ex ipsis exemplis intelligi poterunt; Erit enim
attenuata aliorum ꝯsuetudo. ꝫ tres alia ꝯinitate. alia posita
in mediocritate; Joh. Vero non superflua fore videtur brevis additio horum

Dicenda sunt igitur submisse. leniter. inte
tum granditer. inflexe moderate. Hoc est enim illud tripertitum
genus dicendi. humile. medium. grandiloquum; Cum enim magna
dicimus. granditer proferenda sunt. Cum parva. subtiliter. Cum medio
cria. temperate. Namque parvis causis nichil grande. nichil
sublime dicendum est. sed leniter ac pedestri more loquendum. In
causis autem maioribus ubi de deo vel hominum salute referimus.
plus magnificentie et fulgoris est exhibendum. In temperatis
vero causis. ubi nichil agitur ut agatur. sed tantummodo ut delectetur
auditor. inter utrumque moderate dicendum est. Sed et quamvis de
magnis rebus quisque dicat. non tamen semper granditer dicere de-
bet sed submisse cum docet. temperate cum aliquid laudat vel vi
tuperat. granditer cum ad conversionem aversos animos provocat.
Utendum tamen ubi in summisso genere sufficientia. in temperato
splendentia. in grandi vehementia. Augustinus quoque eadem
genera pertractans. ubi ecclesiasticum doctorem instituit. sic certe statuit.

Summissi generis dictio est docere. ut intelligatur aut credatur
verum esse quod dicitur. non curante illo qui docet quantum eloquentia
doceat. sed quantum evidentia. Cuius evidentie diligens appetitus
aliquando negligit verba cultiora. nec curat quid bene sonet. sed quid
bene indicet atque intimet quod ostendere intendit. Unde ait quidam. cum
de tali genere eloquentie ageret. esse in eo quandam diligentem negli
gentiam. / Hec tamen sic detrahit ornatum. ut sordes non contrahat.
Ciminus / In bonis doctoribus tantum docendi cura sit vel esse
debeat. ut verbum quod nisi obscurum sit vel ambiguum latinum
esse non potest / vulgi autem more sic dicatur ut ambiguitas
obscuritasque vitetur. non sic dicitur ut a doctis. sed potius
ut ab indoctis dici solet. Quid enim prodest locutionis in
tegritas. quam non sequitur intellectus audientis. cum loquendi
omnis nulla sit causa. si quod loquimur non intelligunt propter
quos ut intelligant loquimur. / Qui ergo docet vitabit o
mnia verba que non docent. et si pro eis alia que intelligantur integra
potest dicere. id magis eliget. Si autem non potest. sive quia non sunt. sive
quia in presenti non occurrunt. utetur etiam verbis minus integris.
dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integre. / Porro si hec est
in docendo eloquentia quanta sit dicendo non ut libeat quod hor
rebat. aut ut fiat quod pigebat. sed ut appareat quod latebat.

Eadem itaque genera seu figuras eloquentie compositor virgilii sic explanavit. Medii inquit loquendi
qui a grecis climateres a quibusdam stili vocantur tres sunt humiles. mediocres. altiloqui. quorum
discretionem non solum persona. sed et dicendi qualitas facit. / Cum enim ad vulgaris dispendii
stilum in vulgari agitur sermone. sic res humilis sine aliorum compositione ꝫ aliorum ornatu
compositione tractatur. talis dicendi qualitas humilis stili dicitur. i. summissi vel attenuati.
/ Cum vero res alta tractatur sermone. cum frequens sit aliorum verborum tenorum impositio. sive
tropos. translationum frequens admixtio. talis dicendi modus grandiloqui stili vocatur.
/ Cum non nimis ad vulgare prorsus descenditur. nec ad summum ascenditur. sed inter utrumque
consistitur. mediocris nuncupatur. / Hec autem non personarum. sed dicendi qualitas va
riationem faciat causarum. servierum hemum auctore. qui vergilium licet de agricolis
rebus stilis humilibus tractante. pro modo agendi. et pro aliorum compositione ornatissima
pro inflanovit quieventia asserit stilo grandiloquo;

[Right margin, boxed in red:] generum dicendi cognitionem adhibitis aliorum quorundam sententiis assignare eius distinctionem expressit;

[Left margin, with vertical rubric "Exempla":] Exo hic exempli stilo ꝫ officio doctorum meminit dicens. Itaque sunt hic nobis stilo non vani sermonis. quod personas varias suscepimus animo nec aliter in medio loco sermonis. alii mediocri grandique suscepta. alter a lectis sapore venimus persuasionis ac loquimur. ut in medio genere sit prius materie quod dictus placeat. Deinde maior pulchra difficilius est sic apte dicere. ut gracili potius possis audientibus sinibus. Neque vero in genere dicendi in eiusdem prudens diffinivit atque optime. Simile quod quiete ipsa sepe videantur. Medium quod nec nimie tumescit. nec penitus tenuitate. sed inter utrasque posita venustate dictatum. suis finibus continetur. Dum genere est quod ad summum ingenii dispositio perspicue sensibus elevatur. videlicet ut vaneat personis quorum convenit eloquium. Et licet ab uno pectore fluant. diversis tamen alveis emanant. Cum multi eloquentie obtinent nomen. non qui ad ipsam tamen utrique sententiis simul emergentibus virilis est parvum;: ..

Quae tamen si fiat insuaviter ad paucos quidem studiosissimos suos pervenit,
qui ea quae disseruntur quamvis abiecte inculteque dicantur scire
desiderant. Quod cum adepti fuerint, ipsa delectabili veritate pascuntur,
bonorumque ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare non
verba. Quid enim prodest clavis aurea si aperire quod volumus
non potest? Aut quid obest lignea si hoc potest, quando nihil quaerimus
nisi patere quod clausum est? Temperato vero genere dicendi id agitur
ut eloquentia ipsa delectet, ut rebus quae nec docere indigent
eloquio nec movere, aliquando promptius ex delectatione ipsa e-
locutionis accedat vel tenacius adhaerescat assensus. Cum sua
intenti dicendi tantopere impensum est ab hominibus ut non solum
non fugienda, verum etiam fugienda ac detestanda tot rerum ma-
la atque turpia quae malis et turpibus disertissime persuasa sunt || lec-
titentur. In ipso autem genere decoro dicendi est. In ipso genere lau-
dibus te. ut illa suavitatis delectabilia et quae non quidem iniqua
diliguntur, sed quaelibet et fragilia bona eorum verborum ambitu ornantur,
qualia nec magna nec stabilia decerent, continentur ornamentur.
Est tale aliquid in epistola beatissimi Cypriani. Ait enim quondam loco:
Petamus hanc sedem. Dant secessum vicina secreta, ubi dum er-
ratici palmitum lapsus pendulis nexibus per arundines ba-
iulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Non
dicuntur ista nisi mirabiliter affluentissima fecunditate fa-
cundiae, sed profusione nimia gravitati displicent. Grandis autem
dicendi genus hoc maxime distat ab isto genere temperato, quod non tam
verborum ornatibus comptum est quam violentum animi affecti-
bus. Nam capit etiam illa ornamenta pene omnia, sed ea si non
habuerit non requirit. Fertur quippe impetu suo, et elocutionis
pulchritudinem si occurrerit vi rerum rapit, non cura decoris as-
sumit. Satis enim est ei propter quod agitur ut verba congruentia
non oris eligantur industria sed pectoris sequantur ardorem.
Nam si aurato gemmatoque ferro vir fortis armetur, intentissimus
pugnae agit quidem illis armis quod agit, non quia pretiosa sed quia
arma sunt. Sicut est autem ut teneatur ad audiendum delectandus
auditor, ita flectendus ut moveatur ad agendum. Et sicut delecta-
tur si suaviter loquaris, ita flectitur si amet quod polliceris, time-
at quod minaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectatur,
quod dolendum exaggeras doleat, cum quid laetandum praedicas
gaudeat, misereatur eorum quos miserandos ante oculos dicendo
constituis, fugiat eos quos cavendos terrendo proponis. Et quicquid ali-
ud grandi eloquentia fieri potest ad commovendos animos auditorum,
non quid agendum sit ut sciant, sed ut agant quod agendum esse iam
sciunt. Si autem adhuc nesciunt, prius utique docendi sunt quam mo-
vendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis ita movebuntur ut
eos non opus sit maioribus eloquentiae viribus iam moveri. Opor-
tet igitur eloquentem ecclesiasticum quando suadet aliquid quod agendum est,
non solum docere ut instruat et delectare ut teneat, verum etiam
flectere ut vincat. Ille quippe iam nisi remanet ad consensionem flectendus

|| non ut consentiatur sed solum delectationis gratia

eloquentie grauitate. Cipriano non erat opus ad eius professionem demo-
strandam ueritatis. admirata eorum sinceritate dixit. Summisse
dicendi exemplum est apud apostolum ubi ait. Scriptum est quod abraham
duos filios habuit unum de ancilla et unum de libera. Sed is qui
erat de ancilla secundum carnem natus est. qui autem de libera per re-
promissionem. que sunt per allegoriam. hec enim sunt duo testamenta et cetera.
Pertinet quod non dicimus cum non solum aperte clausa et nodos
soluit questionum. sed etiam cum hoc agitur. aliis questionibus que forte
sibi incidunt ne ad contradictionem impleretur. per illas aut refellitur
occurrere. Granditer ambrosius cum agit de magna re de spiritu
sancto ut eum patri et filio doceret equalem. summisse tamen dicen-
di genere utitur. quia res suscepta non ornamenta uerborum aut ad flec-
tendos motus animorum affectus. sed rerum documenta desiderat. Ait
Gregorius. Ad modum oracionis gedeonis. ut ondisset quod deficientibus lignis proelio
in milibus in uno uiro dominus plebem suam ab hostibus liberaret.
obtulit hedum caprarum. cuius carnem secundum preceptum angeli et azi-
ma super petram posuit et ea iure perfudit. Que simul ut uirge
cacumine tetigit angelus dei ignis de petra egressus consumpsit.
atque ita sacrificium quod offerebatur assumptum est. et cetera.
De genere temperato est apud ciprianum uirginitatis illa laudatio.
Nunc nobis ad uirgines sermo est. quarum quo sublimior gloria est. ma-
ior et cura. Flos est ille ecclesiastici germinis. decus atque or-
namentum gratie spiritualis. leta indoles laudis et honoris. opus integrum
atque incorruptum. dei imago respondens ad sanctimoniam domini. illustri-
or portio gregis christi. et cetera. Est et illud apostolicum genus dicendi
temperatum. Obsecro autem uos fratres per misericordiam dei ut exhibeatis cor-
pora uestra hostiam uiuam. sanctam deo placentem. Et totum fere ipsius
exhortationis locum temperatum habet locucionis genus. Ubi illa pulcherrima
ora sunt. ubi propria propriis tamquam debita reddita decenter currunt
sicut est. Habentes dona diuersa secundum gratiam que data est nobis. Siue
prophetiam secundum regulam fidei. Siue ministerium in ministrando. siue
qui docet in doctrina. siue qui exhortatur in exhortatione. qui
tribuit in simplicitate. qui preest in sollicitudine. qui miseretur
in hilaritate. dilectio sine simulatione. odio habentes malum. adheren-
tes bono. caritatem fraternitatis inuicem diligentes. honore inui-
cem preuenientes. et cetera. Agit apostolus ut per euangelicum ministerium
pareant mala huius temporis cum solatiis donorum dei omnia tolerent.
Magna res est et granditer agitur. nec desunt ornamenta di-
cendi. Ecce inquit nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies sa-
lutis. nullam in quoquam dantes offensionem. ut non reprehendatur
ministerium nostrum. Sed in omnibus commendantes nosmetipsos ut dei
ministros. in multa patientia. in tribulationibus. in necessitatibus.
in angustiis. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in uigiliis.
in ieiuniis et cetera. Uide adhuc ardentem. Os nostrum patet
ad uos o chorinthii. cor nostrum dilatatum est et cetera. hec persequi
longum est. Item ad romanos agit ut persecuciones huius mun-
di caritate uincantur spe certa in adiutorio dei. Agit autem et gran-
diter et ornate. Scimus inquit quoniam diligentibus deum omnia cooperan-
tur in bonum. his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos ante
presciuit et predestinauit. Quos autem predestinauit illos et uocauit.
Quos uocauit illos et glorificauit et cetera. Ad galathas
autem quamuis tota illa epistola summisso genere dicendi scripta sit. nisi
in extremis partibus ubi est eloquium temperatum. tamen interponit quoddam

loci eo modo est ut si illis quidem talibus ornetur quia sit in hoc
quando positum non posset tamen nisi grandis dici. Quibus inquit
obsequiis et mensis carnes et ipse. Timeo vos ne forte sine
causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos.
fratres precor vos. nichil me lesistis. Scitis quia per infirmitatem
carnis iam pridem evangelizavi vobis. et temptationem vestram
in carne mea non sprevistis neque respuistis. sed sicut angelum
dei excepistis sicut Christum Ihesum. Ubi ergo fuit beatitudo vestra.
Et post pauca. filioli mei quos iterum parturio donec Christus for-
metur in vobis. Aliquando hic et animam compassi ubi sit credi-
tur: aut aliquam grandiorem sibi sublimitatem aut rem tenebra-
tionibus ne somniavit. Nec non iterum respuit grandi se affecta-
re eloquium ferme sentiunt. Ceterum cum de indumentis se-
cularibus loqueretur. Audet quisquam vestrum inquit adversus alterum ne-
gotium habens iudicari ab iniquis et non apud sanctos. An ne-
scitis quia sancti mundum iudicabunt. Et si in vobis iudicabitur
mundus indigni estis qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniam
angelos iudicabimus, nedum secularia. Secularia igitur iudicia si
habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia, hos collocate. Ad
verecundiam vobis dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam
qui possit iudicare inter fratrem suum. sed frater cum fratre iudicio contendit.
et hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est quod iudicia
habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non
magis fraudem patimini? sed vos iniuriam facitis et fraudatis et hoc
fratribus. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt. Ecce
est quod sic indignatur apostolus. sic corripit. sic exprobrat. sic in-
crepat. sic minatur. quid est quod animi sui affectum tam cre-
bra et tam vocis mutatione testatur. quid est postremo quod
de rebus minimis tam grandia dicit. Tantum ne de illo nego-
tia secularia meruerunt. Absit. sed hoc fecit propter instantiam con-
tentionem pietate. quod nulla sobria mente dubitante etiam in re-
bus quibuslibet pateant licet magna sint. Cyprianus quoque et Ambrosius dum
gendi mulieri sic dicunt qui formam pigmentis colorare vel perhib-
colorant. Aliquis pictor in eum hoc agerit aut de celo. Si quis pin-
gendi artifex vultum alicuius et speciem et corporis qualitatem emu-
lo colore signasset. et signato iam consummato simulacro manus
alius inferret. ut iam formata iam picta quasi peritior reformaret.
gravis prioris artificis iniuria et iusta indignatio videretur. Tu
te existimas impune laturum tam improbe temeritatis audaciam
dei artificis offensam, fucis lenocinantibus corruptis viola-
tisque que dei sunt peior adultera detineris. quod ornari te putas.
quod putas comi impugnatio est ista divini operis prevaricatio veri-
tatis. Monentis apostoli vox est. Expurgate vetus fermentum ut sitis
nova conspersio sicut estis azimi et cetera. Numquid sinceritas perseverat
et veritas quando que sincera sunt polluuntur et coloribus adulterinis me-
dicaminum fucis in mendacium vera mutantur, Dominus tuus dicit.
Non potes facere capillum unum album aut nigrum. et tu ad vincendam
Domini tui vocem vis te esse potiorem. Audaci conatu et sacrilego
contemptu crines tuos inficis. malo presagio futurorum capillos
iam tibi flammeos auspicaris. longum est insistere omnia que sequuntur,

Ille non potior ut tullius dicit. hinc inquit incentiva vitiorum. ut quesitis coloribus ora depingant. dum viris displicere formidant. et de adulterio vultus meditentur adulterium castitatis. Quanta hec amentia. effigiem mutare nature. picturam querere. et dum verentur maritale iudicium. prodere suum. Prior enim de se pronunciat que cupit mutare quod nata est. ita dum alijs studet placere. prius ipsa sibi displicet. Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tue quam te ipsam que videri times. Si pulchra es quid abscondis. Si deformis es cur te formosam esse mentiris. nec tue conscientie. nec alieni gratiam erroris habitura. Ille enim alteram diligit. tu alteri vis placere. Et irasceris si amet alteram. qui adulterare in te docetur. Male magistra es iniurie tue. Lenocinari refugit etiam que passa est lenonem. Ac licet vilis mulier non alteri tamen sed sibi peccat. Tolerabiliora propemodum in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicitia. hic natura adulteratur. Satis ut estimo apparet feminis ne suam fucis adulterent formam. et ad pudorem et ad timorem hac facundia vehementer impelli. Proinde nec summissum nec temperatum. sed grande omnino genus hoc eloquendi agnoscimus. Et in his autem duobus quos ex omnibus proponere volui et in alijs ecclesiasticis viris. et bona dicentibus et bene. id est sicut res postulat. acute. ornate. ardenterque dicentibus. per multa eorum scripta vel dicta possunt hec tria genera reperiri. et assidua lectione vel auditione permixta etiam exercitatione studentibus inolescere. Nec quisquam preter disciplinam esse existimet ista miscere. immo quantum congrue fieri potest omnibus generibus dictio varianda est. Nam quando prolixa est in uno genere. minus detinet auditorem. Cum vero fit ab alio in aliud transitus. etiam si longius eat decentius procedit oratio. quamvis habeant et singula genera varietates suas in sermone eloquentium. quibus non sinuntur in eorum qui audiunt frigescere vel tepescere sensibus. Verumtamen facilius summissum solum quam solum grande diutius tolerari potest. Commotio quippe animi quanto magis excitanda est ut nobis assentiatur auditor. tanto minus in ea diu teneri potest cum fuerit quantum sufficit excitata. Et ideo cavendum est ne dum volumus altius erigere quod erectum est. etiam inde decidat quo fuerat excitatione perductum. Interpositis vero que summisse dicenda sunt. bene reditur ad ea que oportet granditer dici. ut dictionis impetus sicut maris estus alternetur. Ex quo fit ut grande dicendi genus. si diu dicendum est. non debeat esse solum. sed aliorum generum interpositione varietur. Et tamen ipsum totum ei tribuitur. cuius copia prevalet. Interest enim quod genus cui generi interponatur vel adhibeatur certis et necessarijs locis. Nam et in grandi genere semper aut pene semper temperata decet esse principia. Et in potestate est eloquentis. ut dicantur nonnulla summisse etiam que possent granditer dici. ut ea que dicuntur granditer. ex illorum fiant comparatione grandiora. et eorum tamquam umbris luminosiora reddantur. In quocumque autem genere aliqua questionum vincula solvenda sunt. acumine opus est quod sibi summissum genus proprie vendicat. Ac per hoc eo genere

utendum est, et in aliis duobus generibus quibus ista didicit. Sicut lau-
dandum aliquid vel vituperandum. Ubi nec damnandus quisquam
nec liberandus nec ad actionem quamlibet assensio requiritur.
In quocumque alio genere occurrerit, et adhibendum et interponendum
est temperatum. In grandi ergo genere inveniunt locos suos duo cetera,
et in submisso similiter. Temperatum autem genus non quidem semper,
sed tamen aliquando submisso indiget, si, ut dixi, questio cuius nodus
est solvendus incurrit, vel quando nonnulla que ornari possent non
ornantur, sed submisso sermone dicuntur, ut quibusdam quasi thoris
ornamentorum prebeant eminentiorem locum. Grande autem genus
temperato non requirit. Ad delectandos quippe animos, non
ad movendos ipsum suscipitur. Nec sane si dicenti crebrius et ve-
hementer acclametur, ideo granditer putandus est dicere. Hoc enim et a-
cumina submissi generis et ornamenta faciunt temperati. Grande autem
genus plerumque pondere suo voces premit, sed lacrimas exprimit.

Illa autem tria que superius posuimus, eum qui sapienter dicit, si etiam eloquenter
vult dicere, id agere debere, ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter
audiatur, non sic accipienda sunt, tamquam singula illis tribus generibus / dicendi
ita tribuantur, ut ad submissum intelligenter, ad temperatum libenter, et
ad grande pertineat obedienter audiri, sed sic potius, ut hec tria semper
intendat et quantum potest agat, etiam cum in illorum singulo quoque
versatur. Nolumus enim fastidiri etiam quod submisse dicimus, ac per hoc
volumus non solum intelligenter, verum etiam libenter audiri. Quid
autem agimus divinis testimoniis docendo quod dicimus, nisi ut
obedienter audiamur, id est ut credatur eis opitulante illo cui
dictum est: Testimonia tua credibilia facta sunt valde. Quid etiam
cupit nisi credi, qui aliquid licet submisso eloquio discentibus nar-
rat? Quis enim velit audire, nisi audientem nonnulla suavitate detineat? Nam si non intelligatur, quis nesciat nec
libenter eum posse nec obedienter audiri? Plerumque autem dictio
submissa, dum solvit difficillimas questiones et inopinata manifesta-
tione demonstrat, dum sententias acutissimas de nescio quibus
quasi cavernis, unde non sperabatur, eruit et ostendit, dum
adversarii convincit errorem, et docet falsum esse quod ab illo dici videbatur in-
victum, maxime quando adest ei quoddam decus non appetitum,
sed quodammodo naturale, et nonnulla non iactanticula, sed quasi necessaria,
atque, ut ita dicam, ipsis rebus extorta numerositas clausularum, tan-
magna sunt verbis minuit. aut minima extollit.
¶ Ephon est quando rebus per se dictis [...] ut
est aliud. cui tandem peperit. cum amicitie fidem custodi
unt. cui bene [...] non fuit. quam non aut amiserint
aliquid. aut [...] aut perdidit. ¶ Epangelia
est promissio qua iudicem attentum facimus. pollicentes
nos aliqua magna aut minima dicturos. ¶ Proso
popeia est cum inanimalibus et personis sermo fingitur.
ut cicero in catilina. Etenim si mecum patria mea que mihi
vita mea multo carior est loqueretur diceret. Sic
et montes et flumina vel arbores loquentes inducimus. per
sonam imponentes hiis que non habent naturam loquendi. [...]
et tragedis usitatum est et in oratoribus frequentissime invenitur.
¶ Palinlosis est cum quasi deponimus aliquid in
fine quod iudicem iudicii repetituros nos dicentes
cum oportunum fuit. ¶ Peusis est idest solilatio? cum
ad interrogata ipsi nobis respondemus. ¶ Sinosis est cum
differimus aliquid petentes ut aliud interim nos permit
tant dicere. ¶ Tulius

D

istributio est negotiorum in plures res
aut personas certa divisio. Hec comprehendit bene multa. Senatus intra
tribunes officium separatim rei demandat
plures. Ut Tullius: Senatum iudices
senatus nomine diligit. Hic ordo
vere est sapientissime eum [...] iste

oppugnavit senatum. Nam equestrem locum splendidissimum cu-
pit esse in civitate. Is oportet istum maximis penis dedisse
velit, ne iste sua turpitudine ordini honestissimo macule
atque dedecori sit. Vobis patres habetis ostendite istius sup-
plicio vobis impios homines non placere. Omnibus libet in-
stituite exemplum grande pene in civitate sint homines isti
modi contra. ¶ Senatus est officium consilio civitatem iu-
vare. Magistratus est officium opera et diligentia exequi senatus
voluntatem. Populi est officium res optimas et homines ido-
neos maxime suis sententiis deligere et probare. Accusatoris officium
est inferre crimina. Defensoris: diluere et propulsare. Testis
est dicere que sciat et audierit. Questoris est unumquemque horum
in officio suo continere.

Licentia est quedam cum reprehensio in maiores. cu-
ius quidam captatione benivolentie culpamus
eos aut quos hi diligunt nemine ibis offenso. Ut Miramini
Quirites, quod ab omnibus vestre res deserantur. quod cau-
sam vestram nemo suscipiat. quod se nemo vestri defensorem profiteatur
atque istud desinite mirari. Quid enim est quare non omnes
istam rem fugere ac vitare debeant. Recordamini quos
habueritis defensores. studia eorum vobis ante oculos ponite.
Deinde exitus omnium considerate. tum vobis veniet in mente
ut ut vere dicam negligentia vestra sive ignavia potius. illos
ante oculos vestros trucidatos esse. inimicos eorum vestris suffragiis
in amplissimum locum pervenisse. ¶ Nam quid fuit iu-
dices quare in sententiis ferendis dubitaveritis. ut istum hominem ne-
farium absolveritis. Nonne apertissime res erant crimini
date. nonne omnes testibus comprobate. nonne contra tenuiter
et nugatorie responsum. Hic vos veriti estis. si primo cetu
condempnassetis. ne crudeles existimaremini. Sed dum
eam vitatis vituperationem que longe aberat a vobis. eam
affirmativam invenistis. ut timidi atque ignavi putaremini.
Maximis et privatis et publicis cladibus accepistis.
tum etiam maiores impendere videntur. sedetis et osci-
tamini. luce noctem. nocte lucem expectatis. Aliquid acerbi
cotidie atque incommodi nuntiatur. Et eum qui vobis hec ac-
cidere voluit remoramini diutius. et alitis ad rempublicam perniciem.
retinetis quoad potestis in civitate. ¶ Eiusmodi licentia
si nimium videbitur acrimonie habere. multis mitigationibus
lenietur. Nam continuo aliquid huiusmodi inferre licebit. Hic
ego virtutem vestram quero. sapientiam desidero. veterem con-
suetudinem requiro. ut quod erit commota licentia id mi-
tigetur laude. ut altera res ab iracundia et molestia removeat.
altera ab errato deterreat. Hec res sicut in amicitia. item in
dicendo maxime facit. ut et illi qui audient a culpa absint.
et nos qui dicimus tum amici eorum et tum veritatis esse videamur.
¶ Est autem quoddam genus in dicendo licentie quod astutiore oratione

reperiuntur. Item autem in obiurgando eos qui audiunt quos se cupiunt
obiurgari. aut id quod scimus facile omnes auditores dicimus. nos
timere quo accipiant. sed tamen veritate commoveri ut nichilo setius
dicamus. Prioris generis exemplum est huiusmodi. Nimium quirites
animis estis simplicibus et mansuetis. nimium unicuique creditis. et
existimatis unumquemque eniti ut perficiat que vobis pollicitus
sit. erratis et falsa spe frustra iam diu detinemini. stultitia
vestra fuit. ut quod erat in vestra potestate ab aliis petere quam ipsi
sumere maluistis. Posterioris licentie hoc erit exemplum. Fuit mihi cum
isto iudices summa amicitia. sed ista tamen amicitia tametsi vereor
quomodo accepturi sitis tamen dicam. vos me privastis. Quid ita.
quia ut vobis essem probatus eum qui vos oppugnabat inimicum
quam amicum habere malui.

Diminutio est quedam laudis attenuatio. cum aliquis
mirando bona propria aut eius quem defendit minuit. sed
ut eius est vel propter arrogantiam vitandam intendendum. ut Illa
hoc pro me iure iudices dico. me labore et industria curasse ut
disciplinam militarem non in postremis tenerem. Optime te
nerem; ¶ Item si quid in animo aut ingenio accessit ad
malefacium. Animo. at largissimum fuit in amicos. quod ipse
liberalitatis est quod animi est. Ingenio. at hunc
quidem patrem volo animum dicere. non tenuissimum patrimonium
reliquit. pro magno aut maximum.

Descriptio est cum res consequentes ex aliqua re facta vel
omissa venisse perspicua breviter exprimuntur oratione
ad indignationem vel misericordiam commovendam. Ut Ex
si istum iudices vestris sententiis absolveritis. statim sicut e ca
vea leo missus vel aliqua deterrima belua soluta ex
catenis volitabit et vagabitur in foro acuens dentes in cul
tos in unumquemque fortunas in omnes amicos atque inimicos. notos
atque ignotos incursitans. aliorum famam depeculans. aliorum
caput oppugnans. aliorum domum et omnem familiam per
stringens. rempublicam funditus labefactans. Quare iudices ei
cite eum de civitate. liberate omnes formidine. vobis denique
ipsis consulite. Nam si istum impunitum dimiseritis in vosmet
ipsos credite vos feram et truculentam bestiam iudices
immisisse; ¶ Si de hoc iudices gravem sententiam tuleritis. uno
iudicio simul multos iugulaveritis. Grandis natu
parens cuius spes senectutis omnis in huius adolescentia po
sita est quare velit in vita manere non habebit. Filii parvi
privati patris auxilio ludibrio et despectui paternis inimicis erunt
oppositi. Tota domus huius indigna concidet calamitate. At
inimici statim sanguinolenta palma crudelissima victoria po
titi insultabunt in horum miserias et superbi simul inve
hentur. ¶ Item nemini vestrum fugit quirites urbe
capta que miserie consequi soleant. Arma qui contra tulerint.

statim crudelissime trucidant. Ceteri qui per aetatem et vires
laborem ferre possunt in servitutem, qui non poterunt vita privabuntur.
Uno denique atque eodem tempore domus hostili flagrabit incendio.
et quos natura aut voluntas necessitudine et benivolentia coniunxit
distrahentur. Liberi partim e gremiis parentum diripientur. partim in
sinu iugulabuntur. partim ante pedes constuprabuntur. Nemo
iudices est qui satis re possit consequi verbis nec efferre oratione
magnitudinem calamitatis.

Divisio est quae rem semovens ab re utramque absolvit
ratione subiecta. Haec non dividit per enumerationem
aut expeditionem quod hic de rebus in tota oratione dispersis facienda sit.
ut illa quae in partibus orationis dicta est. sed hic statim copulat et binis
duabus aut pluribus partibus subiectis rationibus exornat orationem.
Ut: Cur ego te nunc quicquam obiciam? Si probus es, non me-
ruisti; si improbus, non commovebere. Item: Quid ego nunc de me-
is promeritis praedicem? Si meministis, obtundam; si obliti
estis, cum re nihil egerim, quid est quod verbis proficere possim?
Item: Duae res sunt quae possunt homines ad turpe compendium
commovere, inopia atque avaritia. Te avarum in fraterna divisione
cognovimus; inopem atque egentem nunc videmus. Qui potes
igitur ostendere causam maleficii non fuisse?

Frequentatio est cum res in tota causa dispersae coguntur
in unum, quo gravior aut acrior aut criminosior oratio sit.
Ut: A quo tandem abest iste vitio? Quid est cur iudices velitis
eum liberare? Qui suae pudicitiae proditor est, insidiator alienae.
cupidus. intemperans. petulans. superbus. impius in parentes. in-
gratus in amicos. infestus cognatis. in superiores contumax.
in aequos et pares fastidiosus. in inferiores crudelis. denique
in omnes intolerabilis. Eiusdem generis est illa frequentatio
quae plurimum coniecturalibus causis opitulatur, cum suspiciones
quae separatim dictae minutae et infirmae erant, unum in locum coactae
rem videntur perspicuam facere, non suspiciosam, hoc modo: Nolite
nolite iudices ea quae dixi separatim spectare, sed omnia colligite
et in unum conferte. Si et commodum ad istum ex illius morte venie-
bat, et vita hominis est turpissima, animus avarissimus, fortunae fa-
miliaris attenuatissimae, et res ista bono nemini praeter
istum fuit, neque alius quisquam aeque commode, neque iste aliis
commodioribus rationibus facere potuit, neque praeteritum est ab isto quicquam
quod opus fuit, et cum locus idoneus maxime quaesitus sit, cum
occasio aggrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum,
spatium conficiendi longissimum sumptum, non sine maxima oc-
cultandi maleficii spe. Et praeterea ante quam occisus homo is est,
iste visus est in eo loco solus in quo occisus est, paulo post
in ipso maleficio vox illius qui occidebatur audita. Deinde
post occisionem istum multa nocte domum redisse constat,
postero die titubanter et inconstanter de occisione illius locutum.

hoc partim testimoniis. partim questionibus. partim argumentis. omnia que
probantur et numere ipsi que ex argumentis vana vere esse
vim. Vim inductus est hic. i. vim latro collectus ab eandem firme
stam. ne suspicionem molestiam. Nam vim aliquid aut aliud pt
testi eisdem tendisse suspiciose. ut omnia inter se a primo usque
ad postremum conveniant maleficio. vere est causa non posse
/ Vehemens est hec exornatio. et in coniecturalibus causis fer-
me semper necessaria. et in ceteris generibus causarum et in omni oratione adhiben-
da nonnumquam.

Expolitio est cum aut eandem rem aut de eadem re di-
cimus commutatione vel varia forma ut aliud atque aliud di-
cere videamur. / hoc non modo ornat et exornat orationem. sed mul-
to maiorem partem exercitamur ad eloquendi facultatem.
¶ Eandem rem commutabimus tripliciter / primo verbis: si
cum res semel est dicta iterum aut sepius aliis verbis que idem
valeant eadem res proferetur. hoc modo. / Nullum tantum periculum est
quod sapiens pro salute patrie vitandum arbitretur. Cum agetur
incolumitas perpetua civitatis. qui bonis est moribus preditus perfecto
nullam vite discrimine pro fortunis reipublice fugiendum putabit
et erit in ea sententia semper ut pro republica studiose quamvis in
magna descendat vite dimicatione. ¶ Secundo pronunciando:
si tum in sermone. tum in acrimonia. tum in alio atque alio gene-
re vocis atque gestus eadem verba commutando pronuntiatione
quoque vehementius immutabimus. ¶ Tercio tractando. si sententiam
traiciemus ad sermocinationem aut exsuscitationem. / Sermocina-
tio est cum alicui persone sermo attribuitur ad dignitatem. hoc modo.
/ Sapiens omnia reipublice causa suscipienda pericula
putabit. Sepe ipse secum loquitur. Non michi soli. sed etiam
atque multo potius natus sum patrie. vita que fato debetur
saluti patrie potissimum persolvatur. Aluit hec me tute atque ho-
neste produxit usque ad hanc etatem. munivit meas rationes
bonis legibus. optimis moribus. honestissimis disciplinis.
Quid est quod ab eo satis ei persolvi possit unde hec accep-
ta sunt. Ut hec loquitur sapiens sepe secum. sepe eius in periculis
reipublice nullum ipse periculum fugit. / Exsuscitatio est
cum alicui quasi commoti videmur. et auditoris animum commo-
vemus. sic. / Quis est tam tenui cogitatione preditus. cuius
animum tantis angustiis invidia continetur. qui non hunc
hominem studiosissime laudet et sapientissimum iudicet.
qui pro salute patrie. pro incolumitate civitatis. pro reipublice
fortunis quamvis magnum atque atrox periculum studiosis-
sime suscipiat et libenter subeat. Equidem hunc hominem
magis cupio satis laudare quam possum. idemque hoc certo scio
vobis usu venire. ¶ De eadem re cum dicemus

saepe pluribus generibus. ¶ Nam cum re simpliciter pronuntiavimus tum potentiam subiecit sic. ¶ Sapiens nullum pro republica periculum vitabit. ideo quod saepe fit ut cum pro republica perire noluerit necesse sit cum republica pereat. Et quoniam sunt omnia commoda a patria accepta. nullum periculum pro patria grave putandum est.

¶ Deinde duplicem similitudinem vel cum verbis vel sententiis pronuntiat. Hoc qui fugiunt id periculum quod pro republica subeundum est. stulte faciunt. Nam neque effugere incommoda possunt. et ingrati in civitate reperiuntur. At qui patriae pericula suo periculo expetunt sapientes sunt putandi. cum et eum quem debent honorem reipublicae reddunt. et pro multis perire malunt quam cum multis.

¶ Deinde subiecit contrarium. similitudinem. exemplum. et conclusionem. hoc modo. Etenim vehementer est iniquum vitam quam a natura acceptam propter patriam conservamus naturae cum cogat reddere. patriae cum roget non dare. et cum possis cum summa virtute et honore pro patria interire. malle per dedecus et ignaviam vivere. et cum pro amicis et parentibus et ceteris necessariis adire periculum velis. pro republica in qua et haec et illud sanctissimum patriae nomen continetur. nolle in discrimen venire.

¶ Simile sic. Itaque uti contemnendus est qui in navigando navem quam se mavult incolumem. ita vituperandus est qui in republica discrimini suae plus quam communi saluti consulit. Navi enim fracta multi incolumes evaserunt. ex naufragio patriae salvus nemo potest enatare. ¶ Exemplum sic. Quod mihi bene videtur Decius intellexisse. qui se devovisse dicitur pro legionibus et se in hostes misisse medios. Unde amisit vitam at non perdidit. Re enim vilissima et parva maximam redemit. Dedit vitam. accepit patriam. amisit animam. potitus est gloriam. quae cum summa laude prodita vetustate magis cotidie enitescit. ¶ Conclusionem ita posuimus. Quod si pro republica decet subire periculum et ratione demonstratum est et exemplo comprobatum. hi sapientes sunt existimandi qui nullum pro salute patriae periculum vitant.

Commoratio est cum in loco firmissimo quo tota causa continetur manetur diutius. et eodem saepius reditur. Idem cum sicut superius maior vis est vel interius principalis. deinceps agitemus et saepius ad eandem revertimur. Hac uti maxime convenit. et id est oratoris boni maxime proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima demovendi.

Contentio est cum contraria sive ex contrariis referuntur. Ut vos huius incommodis lugetis. iste reipublicae calamitate laetatur. Vos vestris fortunis diffiditis. iste solus suis eo magis confidit.

Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Aut ornandi causa. aut probandi. aut apertius dicendi. aut ante oculos ponendi. ¶ Et aut per quattuor

aut per negationem aut per collationem aut per brevitatem. Ornandi
causa sumitur per contrarium sic. Non enim quemadmodum in pa-
lestra qui tedas candentes accipit celerior est in cursu conti-
nuo quam ille qui tradit, ita melior imperator novus qui ac-
cipit exercitum quam ille qui decedit. Propterea quod defatigatus cur-
sor integro facem, peritus imperator imperito exercitum tradit.
Per negationem pertinendi causa sic sumitur modo. Neque equus
indomitus quamvis bene natura compositus sit idoneus potest esse ad
eas utilitates que desiderantur ab equo, neque homo indoctus
quamvis sit ingeniosus ad virtutem potest pervenire. Comprobandi
causa simile per brevitatem sumetur hoc modo.
In amicitia gerenda sicut in certamine currendi non ita
convenit exerceri, ut quoad necesse sit venire possis, sed ut
productus studio et viribus ultra facile procurras, id est ut ultra
etiam post mortem amici liberos eius custodias. Propterea quod in
cursu tantum velocitatis esse oportet ut efficiatur usque
ad finem, in amicitia tantum benivolentie studium ut efficiatur
ultra finem. Ante oculos ponendi causa per collationem sic.
Uti citharedus cum prodierit optime vestitus palla inaurata
indutus clamide purpurea coloribus variis intexta et
cum corona magnis fulgentibus gemmis illuminata citharam
tenens exornatissimam auro et ebore distinctam, et ipse preterea
forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem, si
cum magnam populo commoverit his rebus expectationem, re-
pente silentio facto vocem mittat acerbissimam cum turpis-
simo corporis motu, quo melius ornatus et magis fuit ex-
pectatus, eo magis derisus et contemptus eicitur. Ita si
quis in excelso loco et magnis ac locupletibus copiis
collocatus fortune muneribus et nature commodis omnibus
abundabit, si virtutis sit inopie egebit, quo ma-
gis ceteris rebus erit copiosus et illustris expectatus, eo
vehementius derisus et contemptus ex omni conventu bonorum
eicietur. In similitudinibus observare oportet diligenter
ut cum rem afferamus similem cuius rei causa similitudinem
attulerimus verba ad similitudinem habeamus accommodata.
Id est huiusmodi. Ita ut yrundines estivo tempore presto sunt, fri-
gore pulse recedunt. Ex eadem similitudine nunc per trans-
lationem verba sumimus: ita falsi amici sereno vite tempore presto
sunt, simul atque hiemem fortune viderint devo-
lant omnes.

artium et rerum

Exemplum est alicuius facti aut dicti preteriti cum certi
auctoris nomine propositio. Id sumitur isdem de cau-
sis quibus similitudo. Rem ornatiorem facit, apertiorem,
probabiliorem, et ante oculos ponit. Ut supra in expositione. Con

nisi hec indicet decens intellexisse te.

Imago est forme cum forma cum quadam similitudine collacio. aut laudis aut vituperacionis causa. Vt Jnibat prelium corpore thauri validissimi. impetu leonis acerrimi. Iste cotidie per forum medium tanquam iubatus draco serpit. dentibus aduncis. aspectu venenato. spiritu rabido. circumspectans huc et illuc. si quem reperit cui mali aliquid faucibus afflare. quem ore attingere. dentibus insecare. lingua aspergere possit. Iste tamen cortina abscondens et retinens se tinctus in domo totus consideratur et consistit.

Effictio est cum exprimitur atque effingitur verbis corporis cuiuspiam forma quoad satis sit ad intelligendum hoc modo. Hunc iudices dico rubrum. breuem. incuruum. canum. subcrispum. cesium. cui sane magna est in mento cicatrix. si quo modo potest vobis in memoriam redire.

Notacio est cum alicuius natura certis describitur signis que sicuti note quedam nature sunt attributa. vt si velis non diuitem sed ostentatorem pecuniosi describere. Iste inquit iudices qui se dici diuitem putat esse preclarum. primum videte nunc quo vultu nos intueatur. Nonne videtur vobis dicere. Darem si mihi molesti non essetis. Cum vero sinistra mentum sublevauit estimat se gemme nitore et auri splendore aspectus omnium perstringere. Cum puerum respicit hunc unum quem ego noui. vos non arbitror nouisse. alio nomine appellat. deinde alio atque alio. Heus inquit veni sannio ne quid isti barbari perturbent. ut ignoti qui audiunt vnum putent eligi de multis. Ei dicit in aurem ut domi lectuli sternantur aut ab auunculo rogetur ethiops qui ad balneas veniat. aut asturconi locus ante ostium suum detur. i. dextrario. aut coragium comparetur. i. corea. deinde exclamat ut omnes audiant. Videte ut diligenter numeretur si potest ante noctem. Puer qui iam bene eri naturam nouerat Tu illo plures mittas oportet inquit si hodie vis transnumerari. Vade age inquit duc tecum libanum et sosiam. Sane deinde casu veniunt hospites homini quos iste dum splendide peregrinaretur acceperat. Et ex ea re homo hercle sane conturbatur. sed tamen a vicio nature non recedit. Bene inquit facitis cum venitis. sed rectius fecissetis si ad me domum recta via venissetis. Id fecissemus inquiunt si domum nouissemus. At istud facile fuit undelibet inuenire. Verum eatis mecum. Sequuntur illi. Sermo huius interea consumitur omnis in ostentacione. Querit in agris frumenta cuiusmodi sint. negat se quia ville incense sint accedere posse. nec edificare eciam

[...]nur audierat tum esse in tusculano idem inquit insuper se in
isdem fundamentis edificare. Dum hec loquitur venit in
edes quasdam in quibus sodalicium erat eodem die futurum.
Quo iste pro notitia domini edium ingreditur cum hospitibus.
hic inquit habito. Perspicit argentum quod erat expositum.
visit triclinium stratum probat. Accedit servulus dicit homini
clare dominum venire si velit exire. Itane est inquit. Ea-
mus hospites frater meus venit ex salerno. Ego illi ob-
viam pergam. huc vos a decima venitote. Hospites
discedunt. iste se raptim domum suam conicit. Illi de-
cima quo iusserat veniunt. querunt hunc reperiunt domus
cuias sit. In diversorium derisi conferunt sese. Vident
hominem postero die. narrant postulant accusant. Ait i-
ste eos similitudine loci deceptos angiportu toto de-
errasse seque contra valitudinem suam ad noctem multam
expectasse. Sannioni puero negotium dederat. ut va-
sa. vestimenta. pueros corrogaret. Servulus non inurbanus
satis strenue concinne comparat. Iste hospites domum deducit.
Ait se maximas edes amico cuidam ad nuptias co-
modasse. Nuntiat puer argentum repeti. pertimuerat enim
qui commodaverat. Apage te inquit. edes commodavi. fami-
liam dedi. argentum quoque vult. Tametsi hospites habeo tamen
utatur licet. nos samiis delectabimur. Quid ego que
deinde efficiat narrem. Huiusmodi est hominis natura
ut que singulis diebus efficiat gloria atque ostentatione. ea
vix anno enarrare sermone possim; Huiusmodi notationes que
describunt quod consentaneum sit uniuscuiusque nature ve-
hementer habent magnam delectationem. Totam enim naturam cu-
piam ponunt ante oculos. aut gloriosi. ut nos exempli cau-
sa cepimus. aut invidi. aut timidi. aut avari. ambitiosi.
amatoris. luxuriosi. furis. quadruplatoris. denique cuius-
vis studium protrahi potest in medium tali notatione.

Sermocinatio est cum personas loquentes introducimus
et earum propria verba assignamus ut secundum dicta eorum mo-
res et vires ostendantur. Ut Cum militibus urbs
capta et superata redundaret et omnes timore pressi domi con-
tinerentur. venit iste cum sago gladio succinctus tenens
iaculum. Atque adolescentes hominem simili ornatu sub-
secuntur. Irrupit in edes subito. deinde maxima voce cla-
mans ubi est iste beatus inquit edium dominus. Cur non presto
fuit. Quid tacetis. Hic alii omnes stupidi timore ob-
mutuerunt. Uxor illius infelicissimi cum maximo fle-
tu ad istius pedes abiecit sese. Parce inquit et per ea
que tibi dulcissima sunt in vita miserere nostri. Noli quo-

extinguere extinctos. fer mansuete fortunam. Nos quoque fuimus beati. nosce te hominem. At ille quin illum mihi datis. At vos opplorare auribus meis desinitis. Non abibit. Illi nuntiatur interea venisse istum et clamore maximo mortem minari. Quod simul ut audivit. Heus Gorgia pedisequa puerorum absconde pueros. defende. fac ut incolumes ad adolescenciam perducas. Vix hoc dixerat. cum ecce iste presto. Sedes inquit audax. Non vox mea tibi vitam ademit. Exple meas inimicitias et iracundiam tuo sanguine satura. Ille cum magno spiritu verba fundens. Metuebam inquit ne plane victus essem. Nunc video. mecum contendere non vis ubi superari turpissimum et superare pulcherrimum est. interficere me. Occidar equidem sed victus non peribo. At in extremo vite tempore etiam sententias eloqueris. neque ei quem vides dominari vis supplicare. Tum mulier inquit. Immo quidem iste rogat et supplicat. sed tu quaeso commovere. Et tu per deos hunc amplexare. Dominus est. vicit hic te. vince tu nunc animum tuum. At ille cur non desinis uxor loqui que me indigna sint. tace et que curanda sunt cura. Tu cessas mihi vitam. tibi omnem spem bene vivendi mea morte eripere. Hic mulierem a se lamentantem repellit. Illi nescio quid incipienti dicere quod dignum videlicet illius virtute esset gladium in latere defixit. Sunt item sermocinaciones consequentes ut hic. Nam quid putamus illos dicturos. si hic iudicaveritis. Nonne omnes utentur hac oratione. Deinde subicietur sermo.

Conformacio est cum res aut muta hic loqui vel persona absens aut mortua introducitur ad loquendum vel aliquid agendum. Hoc perficit plurimum in amplificacionibus partibus et commiseracione. Ut Quod si nunc hec urbs invictissima voce emittat. Nonne hoc pacto loquatur. Ego illa plurimis trophaeis ornata. triumphis ditata certissimis. clarissimis locupletata victoriis. nunc vestris sedicionibus o cives vexor. quam dolis maliciosa Cartago. viribus probata Numantia. disciplinis erudita Chorinthus labefactare non potuit. eam patimini nunc ab homunculis deterrimis proteri atque conculcari. Quod si nunc Lucius ille Brutus revivisceret et hic ante pedes vestros assit. Nonne utitur hac oratione. Ego reges eieci. vos tirannos introducitis. Ego libertatem que non erat peperi. vos partam servare non vultis. Ego capitis mei periculo patriam liberavi. vos liberi sine periculo esse non vultis.

Significacio est cum plus in suspicione relinquitur quam expositum est in oratione. i. cum plus significatur

esse quam diximus. Et fit quinque modis per exsuperationem, ambiguum, consequentiam, abscisionem et similitudinem. Per exsuperationem: cum plus dicitur quam patitur veritas augende suspicionis causa. Ut: Hic de tanto patrimonio tam cito testam qua peteret ignem non reliquit. Per ambiguum: cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur tamen in eam partem quam vult is qui dixit. Ut si dicas de eo qui multas hereditates adiit: Prospice tu qui plurimum cernis. vel de comito qui oculos habeat obliquos. Ille vir egregius i. extra gregem bonorum respicit nos oblique i. sinistre [illegible]. In talibus res est operta si [illegible].

Per consequentiam: cum res que sequuntur dicuntur ex quibus tota res relinquitur in suspicione. Ut si salsamentarii filio dicas: Quiesce tu cuius pater cubito se emungere solebat. Per abscisionem: cum incipimus aliquid dicere, deinde precidimus et ex eo quod iam diximus satis relinquitur suspicionis sic: Qui ista forma et etate nuper aliene domi — nolo plura dicere. Per similitudinem: cum aliqua re simili allata nichil amplius dicimus, sed ex ea significamus quid sentiamus. Hoc modo: Noli Saturnine nimium frequentia populi fretus esse; memento stultitie Gracchi germani; inulti iacent Gracchi.

vel sic dicatur ei cuius pater [illegible] deportabat [illegible] tunsenti(?) redebant omnes. Item [illegible] puero rubor ora relinquit et fratres contingens erat. Talis color [illegible] innisse. Rubor [illegible] fidelem ora virginis. Hec fratres non erat hoc prodidisse. Vagitudo [illegible] tempore [illegible] res [illegible] non est [illegible] sive [illegible] i. [illegible] consequentibus [illegible] convenit.

Brevitas est res ipsis tantum verbis necessariis expedita, cum aut res non egit longe orationis aut tempus non sinit commorari. Ut: Lemnum preteriens cepit, inde Thasi presidium reliquit, post urbem Bithyniam sustulit, inde se recipiens in Ellespontum statim potitur Abido. Item: Modo consul quondam tribunus, deinde primus erat civitatis; tum proficiscitur in Asiam; deinde hostis et exul est dictus; post imperator, postremo consul.

Cum Alexander Athenienses obsedisset et supplices urbis obsidione pacis [illegible] peteret, quendam sapiens finxit Atheniensibus ne darent suos [illegible] dicens. Lupi movent bellum contra pastores, et de pace [illegible] [illegible] placuit lupis [illegible] et obsidendum est ei in signum [illegible]. Canes [illegible] hostes [illegible] fuerant [illegible] servitor. Hoc dicto [illegible] [illegible] substituit [illegible] simili [illegible] exemplo. [illegible] possent [illegible] pastores. [illegible] [illegible] concludit [illegible].

Demonstratio est cum ita res verbis exprimitur ut geri negotium et res ante oculos esse videatur. Hec plurimum prodest in amplificanda et commiseranda re. Statuit enim rem totam et prope ante oculos ponit. Id fieri poterit si que ante et post et in ipsa re facta erunt comprehendemus, et a rebus consequentibus non recedemus. Hoc modo: Quod simul atque Gracchus prospexit fluctuare populum, verentem ne ipse auctoritate senatus commotus a sententia desisteret, iubet advocari contionem. Iste interea scelere et malis cogitationibus redundans evolat ex templo Iovis, sudans, oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, cum pluribus aliis ire celerius cepit. Illi preco faciebat audientiam; hic subsellium quoddam calce premens dextera pedem defringit, et alios hoc idem facere iubet. Cum Gracchus inciperet deos precari, cursim isti impetum faciunt et ex aliis aliis partibus convolant. Atque e populo unus inquit: Fuge Tiberi, respice. Deinde vaga multitudo subito timore perterrita fugere cepit. At iste spumam ex ore [illegible] anhelans

ex infimo pectore crudelitate contorquet brachium. Du-
bitanti Graccho quid esset, neque tamen locum in quo constiterat
relinquenti percussit tempus. Ille nullam vocem edens
insitae virtutis concidit tacitus. Iste viri fortissimi misera-
bili sanguine aspersus, quasi facinus praeclarissimum fecisset,
et circumspectans hilaris sceleratam gratulanti ma-
num porrigens, in templum Iovis contulit sese. Id. Tul.

Ut concepte memorie singula argumenta vel verbi quasi ascripta in manu collocata habeamus.

Nunc ad thezaurum inventorum atque ad
omnium partium rhetorice custodem memo-
riam transeamus. Theorica artificiosa
est ea quam confirmat inductio quedam
et ratio preceptionis. Constat igitur artifi-
ciosa memoria locis et imaginibus. Locos
appellamus eos qui breviter, perfecte, insig-
nite aut natura aut manu sunt absolu-
ti, ut eos facile naturali memoria comprehendere et ample-
cti queamus. ut edes, intercolumnium, angulum, fornicem,
et alia que his sunt similia. Imagines sunt forme quedam
et note et simulacra eius rei quam meminisse volumus.
Quod genus equi, leonis, aquile; si volumus habere memo-
riam, imagines eorum certis locis collocare nos oportebit.
Praeterea si volumus multa meminisse, multos
nobis locos comparare, ut in multis locis multas ima-
gines collocare possimus. Et hos locos ex ordine habere
oportet, ne quando perturbatione ordinis impediamur quo setius
quoto quoque loco libebit vel a superiore vel ab infe-
riore parte imagines sequi, ut ea que mandata locis
erunt edere et proferre possimus. Et locos quos sump-
serimus egregie commeditari oportebit, ut perpetuo nobis
herere possint. Et ne forte in numero locorum falli pos-
simus, quintum placet quemque notari. si quinto loco ma-
num auream collocemus, in decimo aliquem notum cui
prenomen sit Decimus, et sic deinceps. Item dissimiles forma
atque natura loci comparandi sunt, ut distincte interlucere
possint. Nam si quis multa intercolumnia sumpserit,
conturbabitur similitudine et ignorabit quid in quo-
quo loco collocarit. Et magnitudine modicos et
mediocres locos habere oportet. Nam et preter modum ampli va-
gas imagines reddunt, et nimis angusti sepe non
videntur posse capere imaginum collocationem. Inter-
valla locorum mediocria placet esse, nam ut aspectus item co-
gitatio minus valet sive nimis procul removeris sive
vehementer prope admoveris id quod oportet videri. Imagi-
nes autem nos in eo genere constituere oportebit, quod genus
herere in memoria diutissime potest. Id accidet si quam max-
ime notatas similitudines constituemus. Si non multas

ner insignis. si non acres et insignitas imagines ponemus. Si egregiam
pulchritudinem aut unicam turpitudinem eis attri
buemus. Si aliquas res ornabimus. ut si coronis et
veste purpurea quo nobis notatior sit similitudo. Aut
si qua re deformabimus turpe. ut si cruentam aut ce
no oblitam. aut rubrica delibutam inducamus. quo magis
insignita sit forma. Aut si ridiculas aliquas res
imaginibus attribuemus. Nam ea res quoque faciet ut faci
lius meminisse possimus. Nam quas res veras facile
meminimus. easdem fictas et diligenter notatas me
minisse non difficile est. Sed illud facere oportebit. ut iden
tidem primos quosque locos imaginum renovandarum causa
celeriter animo percurramus. Duplices igitur similitudines esse
debent. une rerum. altere verborum. Rerum similitudines ex
primuntur cum summatim ipsorum negotiorum imagines comparamus.
Verborum similitudines constituuntur cum uniuscuiusque nominis
et vocabuli memoria notatur. Rei totius memoriam sepe
una nota et imagine simplici comprehendimus hoc modo. Ut si
accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum.
et hereditatis causa factum arguerit. et eius rei multos dixerit tes
tes et conscios esse. Si hoc primum ut ad defendendum nobis
expeditum sit meminisse volemus. in primo loco rei totius
imaginem conformabimus i. fingemus. Egrotum in lecto
cubantem faciemus ipsum illum de quo agetur si formam
eius detinebimus. si eum non agnoverimus aliquem egrotum non
de minimo loco sumemus. i. virum nobilem non vulgarem.
ut cito in mentem venire possit. et reum ad lectum eius sta
tuemus dextra poculum. sinistra tabulas. i. litteras. me
dico testiculos arietinos tenentem. Hoc modo et testium et
hereditatis et veneno necati memoriam habere poterimus. i. ve
neni per poculum. hereditatis per tabulas et testium per testiculos.
Item deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus. et
quotienscumque rem meminisse volemus. si formarum dispositione
et imaginum diligenti notatione utemur facile ea que vo
lemus memoria consequemur. Cum verborum similitu
dines imaginibus exprimere volemus plus negotii susci
piemus et magis ingenium nostrum exercebimus. Id
nos hoc modo facere oportebit. Iam domum itionem reges
atride parant. In loco constitui oportebit manus ad
celum tollentem domitium cum a regibus marciis
loris ceditur. hoc erit Iam domum itionem reges. In
alto loco esopum et cimbrum subornari. ut ad ephige
niam in agamemnonem et menelaum. hoc erit
atride parant. hoc modo omnia verba erunt expressa. sed per [illegible]
Jo.

nem elevationem. nam qui dicit. o nam innate celites. pro
domum itionem. pro reges reges. pro agamenone qui est
atrides. atride. pro paratis parant. Referunt auctores
de locis et de magistris historie ab ephigenia ad mene
laum fratrem agamenonis. significatio est nomen imaginum
ad melius memoriam continendam. ¶ Exemplum sim
liare. Imaginarie fingatur aliquis coronam circum
et minus deturpatum. et erit rex cretensis minos. de
inde filiando fratrem capitanus andreas. et erit. filium suum
androgeum. deinde studiosum in loco athenis missum. et
erit. athenensi studio turissimum. deinde lumen de li
nonia socios in dolio interficiens. et erit. linos sonorum
dolum intra seum. Item in loco consolatio aliquis simonem
me frequentatorem. et erit simoniaca. deinde simonie fatiens
et erit simoniacus. deinde liber aut dormientem suscitator. et erit
exsuscitatio. deinde venerabili modestum paralogio et erit sim
plex cum re. deinde venerabili ubi sunt rem complexum. et erit
simplex dico re. sed re. deinde plura commune arcum. et erit sim
plex cum verbis. deinde in rose conventum studiosum. et erit sim.
deinde simulans se alium vel simulans quod non est. et erit
similitudo. deinde exemplis utens vel exemplificans vinces.
et erit exemplum. deinde argumentum ad concludendum disputator. et
erit conclusio; ¶ Item in primo altare vel angulo. scilicet
ostio. fenestra. capella vel alio loco nobili domus vel
ecclesie aut tabernaculi notam aliquem collocemus qui ubi
vel omnia repetere solitus sit. hoc erit repetitio. In alio
loco deinde sequenti quesitum aliquem vel per penam emen
datum. hoc erit conversio. In tertio loco duos nobiles comple
xionis se invicem amplectentes. hoc erit complexio. In
quarto loco. trahentem aliquem notabiliter et ducentem.
hoc erit traductio; ¶ Sed hec imaginum conformatio tum
valet. si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac
notatione. ut versu posito ipsi nobiscum primum transeamus
bis aut ter eum versum. deinde eum imaginibus illa
exprimamus; ¶ Convenit autem quemque sibi suo modo
imagines comparare. quia similitudine alius alia magis
commovetur. ¶ Sed cum in omni disciplina infirma est
artis preceptio sine summa assiduitate exercitationis. tum
vero in memoria minimum valet doctrina nisi industria. stu
dio. labore. diligentia comprobetur;-

pro reditum ab troia

hec modo deinceps quasi
quasi scilicet notis scilicet
signis memorialibus co
gitare repetet. quod locis
realibus mentaliter
ipse facile scire que
sunt meditandi et for
tis virtus. Tandem
sepe fraudulentia
utilis. discretum
scilicet interdum omnibus.
correctum ergo et te
tem quod exercitatio
industrie adiungendum
memoriam
efficacia indebitam.
Tul.

[illegible]

ut ait valerius

Eloquentie ornamentis pronunciatio apta
et conveniente corporis motu consistit. qui-
bus cum se instruxit tribus modis homines
aggreditur. animos eorum penetrando. o-
culos demulcendo. alios invadendo.
Contra vero nisi fuerit adeo bene dic-
tum quod non displiceat si male pronuncie-
tur. Iuxta illud oratii. Indoctum do-
ctumque fugat recitator acerbus. Quem vero arripuit te-
net occiditque loquendo. Efficacissimum quippe in dicendo
est. scilicet ut pronunciantur qualitates voce. vultu et gestu
figurare. preparare. intimare. et ipsas que proferes sub
sensum et aspectum auditorum inducere. Ut in virtutibus (?) im-
titetis quidem decora imitatio fallere noris. attestatur vultus
et turbati gestus. torvus aspectus et angustia quidem et con-
trarius stridor. vox voce. vultus vultu. gestibusque figuret
gestum per notulas. In facie abhominantis despicabile
factum sit fetidum et corrugatum et dispositio despectiva
et paucitas contrarie sollicitudinis. In actu sacre pro-
babili. remissus vultus. languida vox. soluta genus
orationis id est sine iuncturis punctata placido. In contrarie
audacie: acerrimus vigor oculorum. terribile vultus
pondus. accomodatus singulis verbis sonus et effi-
cacissimi corporis motus. Representatio gestualis id est
cum quis affectus animi conceptibusque auditores gesti-
bus aptis exprimit. etiam falsum facit apparere verum. nec
quisquam tam durus est vel tam tristis potest. quem non
facile leniat. inflectat. ad risum et ad letitiam cogat.
et ad quecumque volet alliciat. Dividitur quia pronun-
ciatio in vocis figuram et in corporis motum. figuram. in
magnitudinem. firmitudinem. mollitudinem. Molli-
tudo in sermone. contentionem. amplificationem. Et hee
partes mollitudinis in octo partes alias distribuuntur.
Magnitudine vocis maxime comparat natura. non
nichil hanc auget sed maxime curatio confirmat.
Firmam maxime potuimus in dicendo vocem con-
servare. si quam maxime sedata et depressa voce principia
dicemus. Nam leditur arteria si antequam leni
voce permulsa est. acri clamore compleatur. Et
intervallis longioribus uti conveniet. Recreatur
enim spiritu vox. et arterie reticendo conquiescunt. Et
continuum clamore remittere et ad sermonem transire oportet.

ut valerius

ut ut valerius

immo valerius

et significationem

valerius

quasi sola

valerius

enim

fortasse

Tul.

Commutationes enim faciunt ut nullo genere vocis effuso
in omni voce integri simus. ¶ Et acutas vocis ex-
clamationes vitare debemus. Ictus enim fit et vul-
neratur arterie acuta atque attenuata nimis ac-
clamatione. ¶ Et si quis splendor vocis consumitur
uno clamore et uno spiritu continet multum dicere
convenit in extrema oratione. fauces enim calefiunt et
arterie complentur et vox que attractata vario est
reducitur in quendam sonum equabilem atque constan-
te. ¶ Et que diximus ad vocis firmitudinem pertinere eadem
attinent ad suavitatem pronunciationis. ut quod voci
ne prosit. idem voluntate auditoris probetur.
¶ Utile est ad firmitudinem vocis sedata vox in prin-
cipio. Quid enim insuavius quam clamor in exordio cause.
Intervalla vocem confirmant. eadem sententias concinniores
divisione reddunt. et auditori spatium cogitandi relin-
quunt. ¶ Conservat vocem continui clamoris remis-
sio. Et varietas auditorem quidem maxime delectat. cum
sermone animum eius retinet et exsuscitat clamore.
Acuta exclamatio figurat et vocem vulnerat. eadem
ledit auditorem. quod emendat varietas. Et enim
quoddam illiberale et ad muliebrem vociferationem potius
quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.
¶ In extrema oratione vox continens remedio est voci.
Quid haec eadem. nonne animum vehementissime ca-
lefacit auditoris in totius conclusione cause.
Sermo est oratio remissa et finitima cotidiane
locutioni. hic dividitur in dignitatem. demonstrationem.
narrationem. et iocationem. ¶ Dignitas est oratio cum ali-
qua gravitate et vocis remissione. ¶ In ea plenis fau-
cibus quam sedatissima et depressissima voce uti conveniet.
¶ Et similes in vestigio levi dextre motu loqui opor-
tebit. hilaritate tristitia. mediocritate vultus ad
sermonis sententias accommodata. ¶ Demonstratio est oratio que
docet remissa voce quo quid fieri potuit. ¶ In ea vo-
ce attenuata. crebris intervallis et divisionibus uti oportet. ut
ipsa pronunciatione eas res quas demonstrabimus inserere
atque intersecare videamur in animis auditorum. ¶ Et paululum
corporis a cervicibus dimittemus. Nam hoc est a natura
datum. ut quam proxime tum vultum admoveamus ad audi-

tores. signum verum dixeris eos et vehementer instigare velimus.
Narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio.
Hec vocum varietate opus est. ut quo quodque pacto ges-
tum sit. ita narrari videatur. Strenue quod volumus osten-
dere celeriusculi dicemus. at aliud ociose retardabimus.
Deinde modo acriter. tum clementer. meste. hilariter. in omnes
partes commutabimus ut verba ita pronunciationem. Siqua in-
ciderint in narrationem dicta. rogationes. responsa. siqua admirationes
de quibus nos narrabimus. diligenter animadvertemus.
ut omnium personarum sensus atque animos voce exprimamus.
Motum idem idoneum poterit esse qui paulo ante demonstratus
in dignitate. Iocatio est oratio que ex aliqua parte ri-
sum pudentem et liberalem potest comparare. Hec leniter treme-
bunda voce cum parva significatione risus. sine ulla sus-
picione nimie cachinnationis. oportebit a sermone serio vo-
ce torquere ad liberalem iocum. Vultum quandam hi-
laritatem significare sine commutatione gestus. Contentio
est oratio acris ad confirmandum vel ad infirmandum accomo-
data. Hec dividitur in continuationem et distributionem. Con-
tinuatio est orationis enunciande acceleratio clamosa.
In hac adaucto mediocriter sono vocis verbis continuan-
dis vocem quam augere oportebit. et torquere sonum et celeriter
verba cum clamore. ut vim volubilem orationis vo-
ciferatio consequi possit. Et brachio celeri mobili vul-
tu acri aspectu utemur. Distributio est in conten-
tione oratio frequens. cum raris et brevibus intervallis. acri
vociferatione. Hec voce ab imis faucibus et clamationem
quam clarissima adhibere oportet. et quantum spacium per singu-
las exclamationes sumpserimus. tantum in singula in-
tervalla spacium consumere iubemur. Et porrectione celeri
brachii et inambulatione pedis dextri extra supplausione.
acri et defixo aspectu uti oportet. Amplificatio est oratio
que aut ad iracundiam inducit aut ad misericordiam trahit
auditoris animum. Hec dividitur in cohortationem et conques-
tione. Cohortatio est oratio que aliquod peccatum amplifi-
cans. auditorem ad iracundiam adducit. Hec voce
attenuatissima. clamore leni. sono equabili. commutationibus
crebris. maxima celeritate utemur. Gestu paulo
tardiore et considerate conveniet uti. similibus ceteris rebus
atque in contentione per continuationem. Conquestio est oratio
que incommodorum amplificatione animum auditoris ad

misericordiam pdicit. In ea utemur voce depssa. inclina
to sono. crebris intervallis. longis spiraminis. magnis gemi
tibus feminino plangore. et capitis ictu non nimio.
sedato et constanti gestu. mesto et conturbato vultu.

VI